vt.j. Reg.xvj. t.ij. Reg.xiiij.t.iij. Reg.j. t de Moyse Exo.ij.et paucis alijs.iterum audi quid de multarum et diuersarum mulierum claritudine scriptura dicat auctentica per te non prophananda t de cõmendande pulchritudis carundẽ serenitate. Naz refert Josephus hebreorum scriba disertissimus matrẽ nr̃am/vicz Euã pmi parentz vxorẽ indicibili pulchritudine in oĩm corporis ꝓportione mirifice redimitã : t nimirũ cum summ⁹ artifex artificiose vt placeret viro suo formauerit eã. imo poptime cõplexionatã in signũ q hoĩs bene cõpacta spẽs semp repsentat saniorẽ mentz t corporis compagationẽ. Item legit de brissima virgine Maria.q fuerit bruneta ꝓportiõe mulieb̃ floridissima aspectu castissima: t put declarat scti Luce euãgeliste pictura in diuersis vbe rome tẽplis ad ipsius virginis laudẽ formata: fuit vtiq; p filiabus hoĩm excellentz forme. mulieb̃sq; speciosissima cõspectib̃ viroz plene nunq; repsentata. Itẽ pulchritudo mulierũ cõmendat. Beñ.c.vj. vbi scribit videntes filij dei.i. filij qs deus creauit filias hoĩm q essent pulchre p pulchritudie viroz acceperũt vxores sibi ex oĩb̃ quas elegerãt Item legim⁹ de Abraam. Beñ.xij.c.q cognouerit.q Sara vxor sua fuerit pulchra p alijs tre mulieribz.imo pulcherria. Item legit Deutro.xxj.q pmissuz est filijs isrl. vt pulchrã mulierem et amabilẽ eligere possent de captiuis in cõiugem. Itẽ legim⁹ q Abigail vxor Nabal viri pessimi t diuitis manẽtis in solitudine carmeli. ipsa aũt prudentissima t speciosa. vel vt dicit mgr̃ in hystoria speciosa. ꝓterea retinuit vitã res t facultates viri sui cõtra furorẽ Dauid. q dixit ei Vade pacifice in domũ tuam:ecce audiui vocẽ tuã:t honorificaui faciẽ tuã: hoc est pulchritudinem tuã .ꝓt qd eadẽ Abigail mortuo viro suo facta est vna de vxoribz Dauid.j. Reg.xxv Item Thamar sozor Absolonis virgo speciosissima quã ꝓterea adamauit Aman filius Dauid.ij. Reg.xiij . Item q Bersabe fuerat mulier pulchra valde: t ꝓterea post mortẽ viri/vicz Urie demũ dotata reginali dignitate.vt legit.ij. Reg.xj. Item Abysac Sunamitz puella pulchra nimis t ꝓterea fuit preelecta. vt dormiret cũ Dauid dum senuerat: t ipm calefaciebat:et eam nõ cognouit.sed multũ honorificari fecit. q post mortẽ eius tenta est quasi regina:t potẽs vt ptz.iij. Reg.j.t.ij.t p mgr̃m in hystoz. Item rex Asuerus cunctis pncipib̃ t pplis oñdebat regine Vasti miram pulchritudinẽ.vt Hester.c.j.sed Hester iuuẽcula hebrea p Mardochẽũ nutrita sup illã erat pulchra nimis t decora facie . t incredibili pulchritudine redimita p cunctis filiab̃ terre.ibidẽ. c.ij. Item cõmendat Susanna q fuerat pulchra nimis: t deinde q timuerit deum. Itẽ de eadez scribit.q fuerit delicata nimis t pulchra specie. vt Dañ.xiij.c. Itẽ seruꝰ Abrae vidit Rebeccã puellam hñs ydriam in scapula q̃ erat decora nimis . virgoq; pulcherrima t incognita viro:dixit intra se.hec est q̃ pparauit dñs filio Abrae. vicz ysaac.vt legit Beñ.xxiij. Itẽ legim⁹ de Judith muliere castissima in q̃ dñs pulchritudinẽ ãpliauit. vt incõpabili decore oĩm oculꝰ appareret. ita q videntes eã stupẽtes mirati sunt nimis pulchritudinẽ eius. Judi.c.x. Item dñs dñs beato Job post suaz tribulationũ finẽ dedisset oĩm bonoz tpalium largissimã retributionẽ. tunc pcipue dedit sibi tres filias: t vt dicit text⁹ ibidẽ: t non sunt inuẽte mulieres tam speciose in vniuersa terra. Vaz igit pulchritudies eximias in tribulationum suã felcissimã remunerationẽ in terris fuisse legim⁹ p scripturas. Unde Salomon post multaz scripturarũ ordines in sue dilectissime mulierz ꝓmulgatos cõmendationẽ dixit int̃ cetera Quã pulchra es amica mea t decora. Cañ.iiij. Item ibidẽ de eadẽ. Tota pulchra es amica mea t macula nõ est in te. Item o pulcherrima mulieꝛ Cañ.j. Itẽ quãpulchra es t decora carissima. ibidẽ.c.vij.t in pluribz alijs locis p te si placet reqrendis. t qualiẽ demũ tam amenter vilipendẽdo tam inclite mulieb̃ serenitatẽ sexus errauerit nr̃a collatio plene pmisit. t tua caliditas in pncipio hui⁹ capitli ꝓtra femineꝝ cultus nitorẽ pstanter allegauit. Item vere speculantes ꝓpendãt sctaz virginũ martyrũq; legendas. quẽ titulũ recõmendationis sue p ceteris post nobilitatis claritatẽ retinuerint. Nam q̃s mire pulchritudis t speciosissime forma p alijs filiab̃ hoĩm fuerint mox post generose stematz descriptionẽ p cunctas mũdi canimus ecclias: et insup eximioza poetaz dictamia si saltẽ tempus t loca paterent de innũerabilib̃ laude dignissimisq; mulieribz sup excellenti pulchritudis dispositiõe celebrit cõmendatz ꝓuenirent recitanda.sed breuitatis quo gaudes sola cio ꝓnunc arbitramur posterganda. **Rusticus** Tu mulieb̃is sexus mire pulchritudinem mihi rurali ruraliter a iuuentutis tempore producto semper placibilẽ: t al's de ipsarum nobilitatis laudibus fecisti presentis collationis ordine superhabundãtem relationis recõmendationem. Nunc restat concludendo inter viri t mulieris conditionem sententialiter ingenio tuo discernere patent nobiliorem.

Nobilis Quis dubitat oñis nobilitatis ꝓpagationē ⁊ ꝓpagatiōis ꝺditionē a nobiliōris ⁊ ab antiquioris radicis ſtemate recepiſſe nobilitatis examinationē. ꝓut ſuꝑ crebrius fecim⁹ recitatiōis relationē. ſed vt de mulierꝭ ꝓmeua nobilitatis creatiōe certificari poteris ꝓpenſius ꝓpende primā mulieris radicalē plantatiōis ꝓductionē: ⁊ ꝙ tam patenter cōcernim⁹ ipam nobiliori loco/vicz in paradiſo: ⁊ nobiliori materia/ vicz oſſibꝫ ⁊ neruis virī ꝓpagatā. vix vero extra paradiſuz in agro rurali lutoſo de ignobili globo: ⁊ gleba terre cōglobatū ⁊ ꝯglutinatū. vt ptz Beñ. c. j. ⁊. xl. di. c. illud aūt. ⁊ dicūt ꝓſtāter hebrei Adam creatū fuiſſe in hebron q̄ eſt abrahe vbi ſepult⁹ eſt ꝓt id ꝙ ei a dño dictū eſt: donec reuertaris in terrā qua ſumpt⁹ es. vt le. ⁊ no. xl. diſ. ſicut ⁊ viri ꝑ gloſaz antiquā. dic queſo nōne nobilitatis hūane cōditionē ſtat⁹ ⁊ originē: hacten⁹ ingētia generꝭ eximiores iudicam⁹. q̄ parente loco quoqꝫ ꝓceſſerunt nobilioribꝫ: ⁊ ignobiliorē humiliorē ⁊ inferiorē indicim⁹ parentelā: q̄ de loco ⁊ ſtirpe deſcendit deſpectioribꝫ. vt tu tuā ⁊ tuarū ruſticanoꝝ ꝓgeniē ꝓceſſiſſe de tugurijs ⁊ caſalibꝫ ⁊ ꝓgulis ⁊ laribꝫ viliſſimis. ſ. c. ij. ꝓxie declaraſti luce lucidius: ex his cōſiderab ſi placuerit ſiue non mulieris ⁊ viri ꝓpagationē: ⁊ ſi ſaltē rōnis diſcretiōe fruaris talit diſertiſſime iudicab ſtatera iuſticie ꝓpter nr̄e mr̄is Eue nobilitatis inclite ſeu muliebrē viroꝝ nobilitate nobilitatis decore ꝑpollent eximioꝝ: ac ſi ſummarie dicerem⁹. nobilior eſt q̄ de ſtirpe/vicz femore nobil Ade ⁊ caſtro ſiue pallatio regali. vicz paradiſiaco ꝓueniebat quā is q̄ de limo terre ⁊ magali ruſticano ⁊ gleba rurali ⁊ aruo ruſticali. qō maledictū in ſudore vult⁹ ſui poſtea ſibi fuit applicatū. vt Beñ. c. ij. ruduſſime ꝓceſſerat: ⁊ ſic ⁊ nō aliter antiquoꝝ nobiliū ꝓgenies ⁊ ſtemata. vt. ſ. diximus: ⁊ ſignāter de palatinis pallacij Treuerēñ. antiquiſſimi ⁊ ml'toꝝ alioꝝ comitū ⁊ baronū et nobiliū priuatoꝝ nobilitates ex parentibꝫ ⁊ locꝭ nobilioribꝫ duxim⁹ notabilit cōpenſanda.

Ruſticus Et forte nō recordaris eoꝝ q̄. ſ. dixiſti. c. xvij. ꝙ femineus ſexus ꝓtendit. vt maris ꝺditiōe tingak ⁊ erigak. in viſceribꝫ matris ⁊ in intimis terre. vt nobilius/vicz maſculus ꝓducator.

Nobilis Bene moueris. Nam ibidē generalit ⁊ regularit locuti ſumus. de oīm creaturaꝝ diſcretiōe ⁊ femineꝰ ſexus vtentiū in ſua ſpecie generibꝫ: ⁊ genere gignentiū. hic aūt ſolū tractātes de mr̄is nr̄e pulcherrimis filiabꝫ Eue: ⁊ ipſius ꝓmordiali ꝓductione. ex quibꝫ arguit ꝓxiſſime. ꝙ muliebris ſtirps inclita viroꝝ genus excedit in infinitū in ꝓmordialis ꝓcreationis ⁊ eſſentie generoſa nobilitate.

De nobilium principatibus ⁊ dominijs localiter diſtictis: ⁊ ipaꝝ diſtinctionū rōnibꝫ ⁊ inicijs Capitl'm. xxviij.

Nit Ruſticus. Hadiui ſegnicia preſſus. qz nō gaudet mod⁹ moza moroſa. ſed breuitate modernus. iuxta illō Jacobi ſoloō. tā noua curta placēt: ⁊ ouāt breuitate moderni. materia varia q̄ꝫ breuis volo cerni: ⁊ no. in glo. ff. ꝙ me. ca. l. j. vñ qz q̄ndā ꝑſonalē oīm q̄ fuerūt: ⁊ q̄ ꝓncipiū ⁊ nobiliū vocabul'ꝝ euo nr̄o noiari cōſueuerūt talit q̄liter fundatā feciſti deſcriptiōis narrationē. Nunc aūt cognouit ani ſenſus q̄daz cōpetent āmiratōis ſpūs realē ſtirpe realit ⁊ cū effectu certoꝝ regnoꝝ ꝓuinciaꝝ dñioꝝ ⁊ diſtrictuū diſcretionē: ⁊ vñ regna regū ꝓncipat⁹ ꝓncipū Marchionat⁹ marchionū: ⁊ ſic de alijs dominijs dñantiuz ſuꝑ terrā hāe primū ceperint ortū in finē vt valeā ꝑ te dicta facili⁹ ⁊ clari⁹ ꝓcipe. cū iuxta dialeticū ſint correlatiua/ vicz vt ſic pat dicit rōne filij. ſic rex reſpectu regni: ⁊ ſic de alijs mūdi dignitatibꝫ: ⁊ quelibꝫ ꝑſona ex origine tāqꝫ a digniori iugit ſibi no

Nobilis Tu cōpetent imo ꝓuenient ꝑſentē induc⁹ indagatio nina ſolebāt applicare. nis qōnez. talē igit ⁊ q̄lez velocit habeto ne cōmouearis ꝓpoſſe ſolutiōis relationē. Scis in ꝓmiſſis aliqualit foze tactū. ꝙ poſt generalē diluuiū cateceliſmū inhabitabil' terra ſibi nō prefecit gentes aut ꝓncipes gentiū. ſed gentes diuiſerūt ſibi terrā ⁊ poſſiderūt: ⁊ eandē multiplicati repleuerūt: ⁊ diuiſe ſunt inſule gentiū in regionibꝫ ſuis. vnuſq̄ſqꝫ ꝓpriā linguā ſuaz: ⁊ familias in natiōibꝫ. vt Beñ. x. ⁊ ꝓut ait Philo: q̄ fuit iude⁹ ⁊ ꝓm⁹ inter pꝓoꝝ ꝓmos. ⁊ multa ꝑclara ſcripſit opa. de quo dictū eſt. ſ. c. vij. in fi. ⁊ inter cetera in libro qtōnuz ſuꝑ Geneſim. ꝙ ex tribꝫ filijs Noe adhuc ipſo viuēte ſunt nati vigintiq̄ttuoꝝ milia virorum ⁊ centū extra mulieres ⁊ paruulos hūtes ſuꝑ ſe tres duces/vicz Jetrā ſuꝑ filios Sem. Suffones ſuper filios Japhet. ⁊ Nemrot ſuꝑ filios Cham. Ecce recenter tria terrarū regna vel dominia. qui quidē duces naturali quadā ſagacitate. immo ſingl'ari magnanimitate ſibi ſuperioris infuſione patenter innata preeminētioꝝ ſtatu ⁊ conditione regnare decreuerunt: et

gentes cetere subdi legibus ⁊ ditionib⁹ eor̄ūdem regi ⁊ gubernari non renuerūt. vel fortassis pusillanimitatis nature naturaliter instigante non potuerūt: ⁊ ita cōsequenter sortes terrarū: ⁊ p eosdem occupatas termis limitibus ⁊ mōtibus collib⁹ vallibus marib⁹ ⁊ flumīb⁹ discretas regna vocauerūt. Hinc p Nemroth turris Babel cōstruit ⁊ linguaꝝ confusiōe dño disponente palam impedit. vt Beñ. xj. c. Extunc mox ab Assur regnū assiriorū est egressum. qđ tpe Sarug ꝑui Abrae legit exortū. sed Babilonie regnū habuerūt quidā de semine Nemroth. vsq; ad quartā cycladem ⁊ ad vltimū cosmidē interim vero obtinuerūt egiptios ⁊ assyrios. ita in dieb⁹ Sarug Belus Nemrothides rex Babilonis. qr fuit alter Belus rex grecie intrauit assyriā. sed parū obtinuit eam. quo mortuo Ninus totā obtinuit assyriā: ⁊ ciuitatē in qua caput regni erat. itinere trium dierū ampliauit: ⁊ a suo noīe Ninive nūcupauit. Inde ꝓuenit. qꝫ quedā hist⁹ie dicunt regnū assyrioꝝ cepisse tūc ab antiquo Belo. qđ verꝫ est q̄ntū ad initium. Ninus aūt vicit Cham. qui adhuc viuebat ⁊ regnauit in Bradia: ⁊ dicebat Zoroastes inuentor artis magice. Ninus ꝯ libros eius cōbussit: ⁊ ꝓsequēter mortuo Belo patre suo in solatiū doloris imaginē p̄is sibi fecit. vnde ydola ceperūt. Ninus itaq; regnauit: ⁊ terra subiecta suo regimini regnū Nini fuit appellatū: ⁊ dum sui regni quadragesimū sc̄m annū compleret ortus est Abraam in Chaldea multaꝝ gētiū pater. porro diuersarū linguaꝝ hoies tanq̄ ꝓrarie ꝓfessiones se nō poterant mutuo sustinere ꝙuersantes in diuersas mūdi plagas segregati p cateruas quelib⁹ linguaꝝ cōmunicatio se disp̄sit. ⁊ ita ab initio fuerūt tot gentes quot lingue. de inde plures gentes q̄ lingue. put. j. dicet. quia ex vna lingua plures gētes: ⁊ ex linguis gentes nō ex gentib⁹ lingue exorte sunt. vt dicit Isiđ. Ethi. ix. c. j. ⁊ videt expienter in alamania in qua sunt gētes Saxonū Bauaroꝝ ⁊ Suenoꝝ ⁊c. Et taliť hodie p regna ꝓuincias. mōtes. flumīa. et maria remanēt discreta tāq̄ nat̄ones singlares realiť distincte. ⁊ sibi ꝑut natura docet in brutis anialib⁹ ꝓncipes p̄fecerūt: aut p̄ ceteris viri magnifici. magnanimi. ⁊ elegātes: ac ambicioſi ad ꝓncipat⁹ sup eisdē se violent ingesserūt. legiť etiā de Semiramide relicta Nini. de q̄ supra sepe fecim⁹ mentionē mulier viro multū ūmaniori: ⁊ illa vt regnare posset post virū suuꝫ ꝓprio filio suo quē susceꝑat ex Nino nupsit: ⁊ ex eo filiū genuit. q̄ ⁊ babiloniā ampliauit āno Abrae ixxv. vt dicit mgr̄ in hist⁹. Beñ. xxv. in incideñ. ⁊ illa semiramidis siliť post mortē viri sui per xlij. annos regnauit: ⁊ ethiopiā: ⁊ indiam ferro domauit: ⁊ totā partē orientalē suo subegit imperio. de qua dixit poeta. ista nouerca semiramis. armipotēs. animosa. bracas inuenit/mulier nimis ambicioſa: necnō Trebetam filiū Nini suūq; priuignū de regno p̄is eiecit. q̄ venies in europā tpe p̄dicti Abrae: ⁊ fluuiū reni sibi placentē petiuit: ac demū aliū collateralē repies flumiū dictū Mosellā cum q̄ in valle venustissima gallie ꝙsedit: ibiq; florentissimā opibusq; cōfertissimā vrbez adhuc Abraam viuēte fundauit. quā Treueri iuxta nomen suū appellauit. ibiq; adinstar ciuitatis Babilonis muroꝝ mire magnitudinis pallaciū hodie cōparens euident cōstruxit. vnde comites palatini de reno. put p̄dixim⁹ originē ferunt traxisse. sed nō p̄sentes. put dictū est. ē. c. xx. de Heinr. supbo: ecce eundē trebetā sua magnificētia galloꝝ regnū nō ex successione paterna. sed quadaꝫ cordialis ⁊ interne nobilitatis increate radicis industria: ⁊ animi magnifici potētia q̄ntuꝫ potuit auctorizauit: ⁊ magnā terre plagā occidentalis suo sibi subiugauit regimi: ⁊ ꝓterea eandē taliter acquisitā terrā regnū vocauit: ⁊ ipsam exposť regū dñatio in tres partes diuisit. vnde ꝙ. Gallia si scriptū seq̄mur vterūq; relata Diceris ee triplex bracata comata cogata. Et haruꝫ partiū vrbes plene descripsit francorū cronica: sic cōsequenter aliaꝝ linguarū ꝓfessores singulariū per tres mūdi partes disp̄si: aut regem: aut p̄cipem sibi p̄fecerunt: aut vi per sagacissimos viros domati: necnō gubernati fuerūt. ita apud orientales grecia magna ꝙm Isiđ. Ethi. xiij. c. iij. quōdam regnū dicebatur: ⁊ a ꝓp̄lo grecorū fuit occupata. deinde Saturnus rex ipsam sibi subiugabat: ⁊ Saturnā vocauit. mox ⁊ latiū dicta: eo q̄ idem Saturnus a Ioue sedibus suis pulsus ibidē latuerit. ¶ Postremo ab italo Syclorū rege ibidem regnāte italia nūcupata est. quā Eneas profugus intrauit: ⁊ regnū vocauit: ⁊ hodie regnū italie dicitur cōtinens in se Tusciam Sardiniā ⁊ Siciliam: ⁊ multas alias ꝓuinciarū terras vt no. Archiđ. de tēp. or. c. lib. vj. in glo. antepenulť. sic mūdi regna per orbem ⁊ regnorū regiones. ducatus. ⁊ comitatus. ⁊ dominia. ciuitates. ⁊ loca diuersis ex causis sunt exorta ꝙsequenter nomiata/que describēda mihi forent solacioſa. tue aūt rusticitatis accidie rustico tepore torpenti radicitus tediosa: ⁊ igitur omittēda. sed si placuerit. vide Isiđ. Ethi. lib. predicto. c. xiij. et Albertum magnū in libro de ꝓprietatibus rerum. ⁊ etiam legamus Aristotelem quondam

mundi fecisse descriptionē. in lib. qui dicit de longitudis ⁊ latitudinis locorū dispositione. Et hoc tpe Alexandri magni ⁊ ad ipsius honorē cōpilato Qui ad nos integre nō puenit ex his et pluribꝫ alijs regnorū hystorijs glorioſam ſi placet continuationē videbis. Sed ex cronica Ottonis frisi. alius ytalie regū colligit ordo. Nam primū ponit ytalꝰ rex ytalie. deinde Janus et extunc Saturnus. Picus. Faunus. in laurento latinus a quo oīes sequētes latini reges dicebant. Inde Eneas Siluius latinus Siluius alba Siluius egiptꝰ Siluius capis Siluius Amulius Siluius in lacio vel alba regnauerūt. Deinde vrbe sub numitore cōdita Remus ⁊ Romulꝰ vrbis cōditores ⁊ Rebe Siluie filij Numa Tulius hostilius Ancus Marcus Tarquinus priscus Seruius ⁊ Tarquinus superbus regnauerūt in vrbe. Exhinc fuerūt cōsules vsq; ad tēpus Julij Cesaris inclusiue. qui bisextilis rōnis inuentor diuinissq; hūanis rebus singulariter plus ceteris imbutꝰ ⁊ naturali magnificētia decoratꝰ. ⁊ senatorio vrbis cōsultus senatus cēsuit oēm orbē iam romani nois imperio parentē p prudentissimos viros. Et oīm phie munere redimitos cōscribi. ⁊ ita tpe suo laudabiliter incepit ⁊ post mortē suā Octauianus Augustus diligenter cōsumauit. Ita vt ducentis dimessoribꝫ ois orbis terre p annos xxxij. peragratꝰ est. Et de oīm eius cōtinentia placū est ad Octauianū ⁊ senatū p̄dictos. Qui quidē Augustus ex eorundem dimesso q fidelis relationis ⁊ descriptionis pnunciatiōe emisit edictū. vt describeret vniuersis orbis. Et hec descriptio prima facta est a presidie Sirie Licino Luc. c. ij. ne traderent oblitioni tam miro ⁊ inestimabili conatu cōquesita. vnde non tm̄ loca. sed loco q habitatores scire volētes. Et iuxta dictā euangelicā veritatē ibant oēs vt pfiterēt singuli in suā ciuitatē. Unde p predictos pagratores. ⁊ inter tres pncipales mūdi plagas cōscripta fuerunt noiatim primū. Maria quorū. xxx. fuerūt in nūero. Itē insule. lxxij. Item mōtes pminentes. xl. Item prouintie. lxxviij. que hodie manēt. ⁊ mutate nō sunt. de qua puinciarum diuisiōe dicit. xcix. di. puincie. Nec obstat q legit Hest. c. xiij. vbi dicit de rege Artaxerse qui dñs fuit ab india vsq; Ethiopiā Qui scripsit. c. xxvij. puncia q pncipibꝫ siue regul. Que quidē puincie fuerūt territoria regiones ⁊ districtꝰ qui modo comitatus aut baronie dicunt. Quorū plures p vnam puintiā ꝓstituūtur. put experienter videmꝰ in puintia Wagūtina. aut Treuerensi: ac pluribꝫ alijs terrarū puincijs. Regio etiā fm Papiam dicit puintia cuius preses regulus dicebat. vel put dicit Jo. An. in Clem. j. de sta. mo. dicit patria que a rege regitur et habet diminutiuū regnicula quasi parua regio. Unde legit Ben. xlj. Ex Joseph circuiuit oīes regiones terre egipti que erat regnū regis Pharaonis. De his aūt sincerius loquit Jsid. Ethim. xiiij. c. v. q patria sit cōis his qui in ea nati sunt Terras aūt siue loca dicimꝰ terrarum spacia fore ⁊ noie terre non solum regnū vel prouintiā intelligi volumꝰ. verū etiā villā ⁊ castrū magnū. ⁊ paruū. Unde terrā dicimꝰ put le. ⁊ no. de ꝟ. sig. Cum in partibꝰ Affricam vl ytaliā aut aliam terrā que in se multas cōtinet puincias. sed regiōes sunt puinciarū partes quas vulgus cōuentus vocauit: ⁊ nos comitatꝰ sicut in frigia est Troia in Galitia cantabria. austuria. in Hermania est Hassia Thuringia. Partes aūt dicimus loca singularia vel diuisa vel plura vnius regni vel prouintie. vt ptz in dic. c. Cum in partibꝰ in pn. Cum superscriptiōe. Sed Pelagius papa dixit. vj. q. iij. Scitote terrā esse puintiā: que habet. x. vel. xj. ciuitates: ⁊ vnū regē et totidē minores potestates sub se: ⁊ vnū Metropolitanū alios suffraganeos. x. vel. xj. Epos Judices. ⁊c. Sed impator in. l. ij. ff. de ari. iur. §. Capta dicit Sardiniā Siciliā Hyspaniā ⁊ Narbonensem districtū puintias fore: que tū sub se multas bīt metropolitanas ecclias. Sz Catholicon dixit puincia a pro vel pcul ⁊ victꝰ cōponit quasi pcul posita ⁊ devicta. Cum em romani olim vincendo totū orbē in suum ius redigerent. pcul positas regiones puincias appellauerunt. Dicit insuper. q puincia dicitur regio subiugata ⁊ tributaria facta. Unde puincialis dicitur tributarius Inde preses prouincie. de quo. ff. de. off. presi. quasi per totum. Item Archid. in. c. Eos. de tem. or. in glo. super ꝟ. prochie. Dicit q regio aliquando ponitur pro dioc. Et dioc. aliquando pro prouintia Aliquando etiam pro prochia. Sed hec in vsu non sunt. Sed primo dicto standum est. nec obstat q in libro prouinciali qui cōtinet nomina omnium metropolitanarū ⁊ episcopalium ecclīarum tam vltra q̄ citra maremediterraneum: aut insulis maris qualitercunq; consistentium reperiūtur octuaginta vl vltra metropolitani siue sint patriarche: aut primates: vl archiepiscopi. Sed illius ratio videtur. quia alique prouincie huiusmodi metropolitanarū diuise sunt post tempora predicta. vt videtur de prouincijs Maguntina ⁊ Pragen. que quondam fuerunt vna. Item de januensi Archiepiscopo. qui quondaz

fuit Episcopus ⁊ Suffraganeus Mediolanen. erectus ꝑ Inno.iij. Sic ⁊ Metensis eccl'ia quondam fuit Metropolitana ⁊ nunc est sub eccl'ia Cantuarien.in anglia.vt no.glo.j.de testi.cum olim Et sic de pluribꝫ alijs translatiõibꝫ si placet videre poteris ꝑ corpus iuris. Nunc ad ꝓpositum redeamus. Item inuenerũt dicti paragratores ciuitates. ⁊ oppida elegantiores. ccc.lxx. Item inuenerũt flumina famosiora.lvij. Item gentes centũ nonagĩta.de quibꝫ alique annumerate sunt in actibꝫ apostolorũ.c.ij. Vbi dicitur Erant aũt in Jerusalem habitãtes iu dei viri religiosi ex oĩi natione que sub celo est. hoc est.ex oĩibus gentibus. vt dicunt doctores. parthi.medi.elamites ⁊c̃. put sequit ibidem. Et hec oĩa vicz maria.insule.mõtes. prouincie.ciuitates.oppida.flumina.Et gentes singulariter singuli ⁊ singule ꝓprijs nomibꝫ sunt in itinerario vbis rome notabiliter cõscripta. put diligenter vidi ⁊ ꝑspexi. Etiã cum leucis ⁊ miliaribus distantiarũ de locorum locis ꝓprijssime designata. Et licet tẽporibꝫ Julij ⁊ Octauiani Augusti ĩperatoris tot fuerint gentes ꝑ orbem terrarũ multiplicate. Sed non est dubium quin post diluuiũ generale ꝑ ꝓcreationẽ trium filiorũ Noe. Aliter ꝑ Jsiõ.repiuntur discrete:⁊ per mundi plagas distribute.vt ecce. Nam de Japhet.xv.Et de Cham.xxx.⁊ vna.Et de Sem.xxvij.gentes ꝓcesserunt.que faciunt.lxxij.vel potius.vt ratio declarat.lxxij. Totidem lingue que ꝑ terras esse ceperũt. atꝫ crescendo ꝓuincias ⁊ insulas impleuerũt. Harum quoꝫ gentiũ vocabula.tibi sigillatim.put ponit Jsiõ.Ethi.lib.ix.c.ij.delectarer denomĩari Si mirandam hmõi tanto rusticitatẽ tuam cõsuetudinario tedio viciatã non scirem ꝑ hoc generari Vnde si placet de illis in eodẽ libro poteris satiari. Hinc notandũ.q ĩpator Augustus.videlicet Octauianus ⁊ Senatus Romanꝰ.gentiũ terras regna vocari decreuerũt.Et plerũqꝫ vni regno multas gentes assignauerũt:aut assignatas inuenerũt ⁊ corroborauerũt. Hinc ⁊ regna ꝑ regiones ⁊ ꝓuincias ⁊ Marchionatus ⁊ ducatus distinxerũt aut distinctas approbauerunt.De bis regnis ⁊ regnorũ regibꝫ nomĩatim distinctis. vide supr̃.c.xiij. vbi tractatur de terre regibꝫ.Et bee gentes ⁊ regna taliter ⁊ tanta sunt sapientiũ ꝓuidentia discussa.Q nulliꝰ gentis:aut gentiũ terrule siue districtus obliuio surripperet obumbrationẽ.quin ꝑ principes regum substitutos aut principũ vicarios cuncta subessent ordinatim romanorũ ditioni. Hinc hec cõtinuata post mortẽ Octauiani ꝑ senatũ ⁊ ĩpatores Tyberium Gaium Claudium et Neronẽ.Et ꝑnter respublica ꝑ hmõi romanoꝝ ĩpatores feliciter ⁊ sagaciter magꝝ sunt gesta solertie ꝓuidẽtia. Et cõsequenter ꝑ successores eorũdem ĩpatorũ cõtinuo potentatus eorũdem creuit ⁊ decreuit:⁊ in vno statu nõ ꝑmansit vsqꝫ ad tẽpora Ualeriani ĩpatoris.qui fuerat vicesimusseptimus ab Augusto Sub quo Dionisius papa de anno dñi.cclxx. ꝓuincias ꝓdictas ꝑ dyoceses diuisit.vt le.⁊ no.in dic.c.ꝓuintie.xcix.di.⁊ in glo.j.ac.xiij.q.j.c.j.Et hꝰ opꝰ ex sanctispiritus inspiratiõe pie creditꝰ ꝓfecisse Cum tñ ꝑ duos annos tres menses ⁊.xij.dies legitur ecclias rexisse:⁊ multas gloriosas legit ordinatiões cõstituisse:⁊ monachus erat:⁊ vtꝰ fuerit oriũdus non cõstat. Hec reperimꝰ hystorographos in Catbalogo summorũ pontificũ cõscripsisse. Vnde dicit Jobs de deo in dic.c.ꝓuintie.q ꝓuintie ante aduentũ xp̃i fuerũt diuise ꝑ magna parte: ⁊ vbi erant olim primates gentiliũ : ibi sunt modo patriarche ⁊ primates In alijs aũt minoribꝫ ciuitatibꝫ sunt modo metropolitani:⁊ q nullus archiepus vocet̃ ꝑmas. nisi habeat primã sedem:⁊ nullꝰ de nouo fiat ꝑmas nisi de nouo gens ad fidem veniat.vt ibidem in.c.Nulli. ¶ Vnde Saxonibꝫ ad fidẽ cõuersis Magdeburgen.presul factꝰ est primas put hodie est. Porro Justinianus ĩpator de anno dñi quingẽtesimo vicesimooctauo. Aliũ ꝓtunc dominantiũ ⁊ dominationũ instituit ordinẽ.de quo predictũ est.s̃.c.xij.⁊ ꝑ eũdem ⁊ alios reges terre sibi subiectos oĩes fines mundi cõstrinxit. Et iuxta ordinẽ ipsius Justiniani cõsequenter idem:⁊ alij subsequẽtes reges ⁊ ꝑncipes terre suas diuiserũt dñationes terras ac districtus. Similiter ꝑ Principatus. Marchionatꝰ. Comitatus. Baronias ⁊ Dominia singularia:⁊ hij qui ꝓfecti fuerũt hmõi dominijs mox iuxta eorũdem nuncupatiões ⁊ vocabula nacti sunt:⁊ acquisiuerũt sibi nomia ꝑpetua.vtputa.qui de ꝑncipatu inuestitꝰ fuit ꝑnceps dicerek.qui de marchionatu Marchio.qui de ducatu Dux ⁊c̃. put.s̃.c.xiij.extitit declaratum Prouintie aũt ⁊ dyoceses que fuerũt districtus de sorte dñi ꝑ clerũ ⁊ ꝑncipes clericoꝝ. hucusqꝫ diuisim singulariter apud singulos suos ꝑncipes ⁊ prelatos ꝑstiterũt:⁊ sua dominia spiritualia non mutauerũt. Sed regna ⁊ principatus sepe reperiũtur mutata ⁊ variata. ĩmo penitus abolita. Nam vt narrat Greg.super Ezech.lib.ij.in principio. Lombardia fuit regnũ et habuit regem Agelulfum cuius sedes erat in papia. vbi nunc est sedes comitatus ; et inde

Karolus magnus. desiderū regem lombardie eiusdem Agelulffi successorem per vim de meritis suis exigentib⁹ expulit: ⁊ ipsum ⁊ liberos ⁊ vxorem relegauit. de quo le. ⁊ no. in. c. Adrianus. lxiij. dist. ⁊ regnū lombardie suppressit. Item regnum Francorū olim ad Reni fluuiū se p̄tendebat: ⁊ vrbes videlicz Agrippinā Coloniā ⁊ Treuereñ. in se cōcludebat. vt le. ⁊ no j. q. j. Porro. Sic etiam regna Burgundorum Thuringiorum Hermanorum ⁊ plurīū aliorum. que aliorum regum ⁊ principū potentia deleuit Sic ⁊ ducatus Swewie penit⁹ euanuit: ⁊ alia plura dominia potētatus potentiorū: aut infelicitas successorū suppressit: ⁊ nou⁹ nouus ter euexit: ⁊ ita termios ⁊ singulares terras insulas ⁊ alia loca p̄uata. videm⁹ sub impatorib⁹ aut alterius dominio taliter manētes. q̄ nō est pedis passus qui possessore careat. Nam de iure scripto. oīa principis sunt videlicz summi pontificis: aut impatoris. Proprie aūt quo ad iurisdictionē. vt. s. pbatū est. ⁊ le. ⁊ no. de ma. ⁊ ob. Solite. Et de papa non est dubiū in dominio sibi tradito in p̄sona sancti Siluestri pape p̄ Constantinū impatorem. xcij. q. j. Futurā: et xcvj. dis. Constantinus. ⁊ palea est. In alijs aūt dicit de impatore qui est sup oīes reges. viij. q. j. in apib⁹. ⁊ oīes nationes sub eo sunt. xj. q. j. §. Si quis. ꝟ. Nolum⁹ ⁊c. De quo. s. dictū est c. xiij. ⁊. xxiij. Unde dixit Ambrosius sup Johez. xxxvj. c. ⁊ habet. viij. di. Quo iure dicens inter cetera. Nam iure diuino Dñi est terra ⁊ plenitudo eius. pauperes ⁊ diuites dñs vno limo fecit: ⁊ pauperes ⁊ diuites vna terra supportat Jure igit⁹ humano dicit⁹ hec villa mea. hic seruus meus est. Jura aūt humana iura impatoris sunt. Quare. quia ipsa iura humana p̄ imperatores ⁊ reges seculi deus distribuit generi humano. Dec ille. Et put papa diuidit episcopatus ⁊ duos epatus vnit ⁊ cōiungit. Et sicut episcopus diuidit ⁊ vnit ⁊ incorporat ecclias. vt de excess. prela. sicut vnire. Sic impator diuidit p̄uintias ⁊ vnit. vt dicit lex. ff. de offi. assess. l. Si eadem. Attamen si taliter diuiserit nō erunt duo metropoles. Sed vna manebit. q̄ hoc non erit in potestate sua. vt le. ⁊ no. x. dis. l. impatorū. Et sic tantū p̄talia impatoris sunt vel fuerunt siue sint nota vel ignota. Et ita insule q̄ p̄cul sunt impatoris sunt etiā que in noticia sua non sunt. Saluo tū in p̄missis recto moderamīe. put le. ⁊ no. insti. de rerū diui. §. j. ⁊ sequentibus. quorū diffinitiōes p̄sentis speculatiōis cōcernunt sepe moderatiōes: ⁊ p̄ me generalit⁹ platorum: put videre poteris si placet ponūt determinatiōes. Sed quia nihil vel modicū faciunt ad principalia. Unde competenter p̄cedamus ad aliorum gestorum rudimenta.

Rusticus. Silui quia miranda p̄tulisti: ⁊ que euidentib⁹ scripturis fulcisti auribus meis luculentius inculcasti. Sed quia dicis imperatorē fore terrarū ⁊ locorum sibi nō notorū fore dominatorē. Placeat si que fuerint ab antiquo paragratoribus supradictis incognita. que per romanos p̄rincipes aut senatum p̄terea non fuerint annotata.

Nobilis. Immo talia sunt ammiratiōe digna. Scias q̄ scribit⁹ in lib. qui dicit⁹ ymago mūdi. q̄ quedā occeani insula dicta p̄dita omniū rerum amenitate p̄ cunctis terrarū longe legitur p̄stātissima hom̄ibus incognita: ⁊ aliquādo casu comperta postea quesita ⁊ non est inuēta: ⁊ ideo dicit⁹ p̄dita Ad quā fertur Brandanus monachus p̄uenisse. et tēpore Julij cesaris: ⁊ cōsequenter Octauiani Augusti in itinerario vrbis Rome nō conscripta. quia nōdum repta. Sunt ⁊ quedā insule viuentiū nuncupate. de quib⁹ scribit mg̃r in histor. Beñ. iij. in quib⁹ nullus morit⁹. Et si tales hom̄ib⁹ forēt note quis dubitat quin p̄uenirent frequētande. Etiā sunt quedā insule in p̄tib⁹ occidentalib⁹ nouiter vicz. de anno dñi M. ccc. lxx. vel quasi mirabilit⁹ ⁊ casualit⁹ repte. put mihi retulit epūs Tartuseñ. p̄nunc cardinalis generosus Aroganēsis. Hec hm̄oi insule in aliquo antiquor̄ historiographor̄ lib. reperiuntur p̄scripte: ⁊ nō legim⁹ ipsas nec eius habitatores ab origine mundi dominiū sup̄ se ab aliquo recognouisse. Nō ita comptū est. Cū pyrate quandā galeā siue classem reg̃ Aroganū hostilit⁹ insequerent. naute velo p̄ extēso p̄ altitudinē maris occeani p̄ vsus occidentē terrā fixaz vicz regnū arrogonie dorseten⁹ relinquētes subsolano validissimo vento. q̄ sub solis ortū nascitur certāti: necnō insultant⁹ insequēti: p̄ nouē infortuna maris dies ⁊ noctes vehemētissime sine spe nolētes p̄fecti sunt: ⁊ tandē die decima mane orto iam sole vidētes mōtes Adriaticos cuiusdā insule p̄minentes. quos solis radij p̄pellebāt remittētes: ⁊ dum appropinquassent. viderunt boies vtriusq̄ sexus pellib⁹ crudis animaliū cinctos: ⁊ circūuolutos: ⁊ more caniculorū latrantes: statim tū se mutuo diserti p̄cipientes: ⁊ symas facies tāq̄ symee cōir hūtes. hinc nauigātes fame cōpulsi letantes. p̄mētorijs appropinq̄uerūt. Incoli aūt videntes euentū rei et q̄ pacific⁹ erat ipsor̄ ingressus āmirantes de nouitatis raritate gestor̄. cū tales vl' accolas ⁊

aduenas ipsi nec progenitores ipsorũ in veritate nunq̃ viderint. Nec vsum nauiũ habuerint nec cognouerint. Nihilominus aduenticios humaniter subacti receptarũt. qui cum nutu et eiulatu se famelicos ostenderũt: ⁊ mox beniuolentiã terrigenarũ humaniter impetrarũt. Unde Boues ⁊ oues ⁊ aues incole ꝓduxerũt. quibꝫ ipsi crude vesti solebant. ꝓut hodie faciũt cliclo pedes ⁊ agriofagite in India. de quibꝫ Isid. Ethi.xj.c.vlt. ⁊ ꝓut quõdam winuli ⁊ hungari vt dicit Goff. Uiterbieñ. in cronica. quas videlicꝫ carnes crudas mox aduene suis caldarijs. vasis ⁊ instrumẽtis que secum attulerãt solerter sale cõditas igne decoxerũt ⁊ frixerunt: ⁊ huiusmodi cibum bene cõditum comedentes incolis ⁊ indigenis cõmunicabant. qui tam odori fero cibo bene decocto gustantes ouabant. Unde ꝑegrini huiusmõi per plures dies eijsdem cõuersantes: ⁊ expost ad tres alias insulas finitimas ꝓminẽtiores/ assumptis secũ quibusdã ex illis incolis: ⁊ in eijsdem similiter bene sunt recepti. licet gentes cuiuslibꝫ insule specialẽ et distinctũ loquendi modũ ab alijs habuerint. ¶ Porro q̃ntam insulam a lõge scopolosam versus occidentẽ ꝑ incolarũ designationẽ eorundem ꝓspiciẽtes. cuius terrigene ferocitatis tante fuere. ꝙ per nullũ euentum aduenientes appropinquare sibi ꝑmiserũt: ⁊ taliter abacti primã insulam aduentãtes: ⁊ mores bestiales omniũ ꝑpendentes: ⁊ presertim in vsu ciborũ ⁊ etiam in om̃i loco publico mares ⁊ famelle coitu tñ naturali cõmiscentes conuenerũt. ⁊ ꝙ mulieres cõmunes fuerũt vniuersis certis viris vse nõ fuerũt. Et ꝓlem ꝓut alia aĩalia bruta nutriuerũt. sicut dicit lex.ij.C.de in dicta viduitate. videlicꝫ ꝙ mulieres ad hoc natura genuit. vt partꝰ ederent. Unde ⁊ Ouidius ꝓut narrat in lib. tristium ꝑ Augustum Octauianũ fuit relegatus: et in exiliũ deputatus. in Scichia vbi homĩes bestiali ⁊ crudeli modo viuẽtes ab oĩm hominũ conuersatiõe penitus discrepãtes. his ⁊ alijs ꝑ accolas p̃dictos plene ꝑlustratis. Assumptis sibi quibusdam paribꝫ videlicꝫ virorũ ⁊ famellarũ de gentibꝫ istis: ⁊ nutu signãtes se reuersuros: ⁊ magna beniuolentia eosdem relinquẽtes in terrã suam ꝑ vnius mensis spaciuꝫ ⁊ vltra traijciẽdo vix remeãtes ꝑuenerunt: ⁊ gesta per ipsos visa per regem Aroganũ ad paralamẽtum regis francie: ⁊ vniuersitatẽ studij Parisieñ. detulerũt. de quorũ consilio sacerdotes plures de ordine minorũ. similiter ⁊ agricolas: ⁊ omniũ artium mechanicarũ ad humanũ vsum congruenter oportunaꝝ artifices in p̃fatas insulas referẽtes Qui tantũ dei miscdia sagaciter opati sunt. ꝙ p̃sentibꝫ diebus ad assuetorũ hominũ mansuetudinẽ ⁊ ritũ humanalem ⁊ ad fidem catholicã: ⁊ iuuenes eorum ad litterã cognitionẽ experiẽter sunt redacti. Insula vero q̃nta in sua bestiali feritate relicta: ⁊ qui nullius inter se nec alios ꝓfitebãtur dominiũ pronũc regem recognoscũt Aroganũ principem ⁊ dominũ suum. Hec autẽ illarũ insularũ gentes ꝓut interim comptũ est. inter se non habebãt rerum dominia quouismodo distincta. sed om̃ia ꝓut in statu innocẽtie erant cõmunia. de quo statu dicit Scotus sup.iiij.sentẽtiaꝝ.dis.xv. Immo ꝟm legem nature viuebant. vt ptꝫ insti. de rerũ diui.§.j.viij.dis. in prin. ⁊ Plato ꝑhus ita respõdisse inuenit. vt ibidẽ: ⁊ ꝟm legem diuinã. vt.viij.dis. Quo iure. Sed in hac cõmunione nimiũ excedebãt. qꝛ similit mulieres cõmunes cõiter ꝓut p̃dictũ est habebãt. sed nũc ⁊ post reformationẽ p̃dictã q̃libꝫ habꝫ suã vxorẽ. ⁊ q̃libꝫ habꝫ suũ viꝝ ꝓpt fornicationẽ.j.ad Cor.vij.xiij.dis. Nerui.et.xxxij.q.ij.§. his ita. ⁊ in alijs rebꝫ viuũt ꝓut hoĩes post lapsuꝫ ꝯsueuerẽt ꝓpt duo p̃ncipalit. Prima. qꝛ cõmunitas est ꝯtra pacificã ꝯuersationẽ: ⁊ semꝑ parit discordiã.ff.del.ij. l. Cum pater.§.dilectissimus. Scda. quia naturale vitiũ est negligi. ꝙ cõiter possidet. C.qñ ⁊ a quibꝫ quarta pars petitur.l.ij. ⁊ diligentius tractant res ꝓprie q̃ cões.xlvij.dist.§. Necesse.

Rusticus. Et quãdo ⁊ qualiter putas illas gentes illic peruenisse.

Nobilis. Opinãtur quidẽ illas insulas cum gentibꝫ suis in Cachiclismo diluuij generalis ꝑmansisse ⁊ absortas nõ fuisse cum etiã dicat mgr̃ in histor̃. post Jeronimũ: ⁊ Manassen Damascenũ. ꝙ sup numidiã ciuitatẽ excelsus mons est in armenia. qui Baris appellat. in quo multos cõfugiẽtes sermo est diluuij tẽpore liberatos. licet textꝰ dicere videat omnẽ carnem fore consumptã. Geñ.c.vij. sed hoc nõ est verisimile. qꝛ ante diluuiũ generale om̃es homĩes vnam linguã vident videlicꝫ hebraicã cõmunit habuisse. sed iste gẽtes nõ hebraica. sed alijs linguis vtunt nobis ignotꝫ. Aut vtrũ sint de septuaginta duabꝫ linguis auditui nostro non est diuulgatũ. Sed ego p uto hmõi insulas ⁊ gentes post linguaꝝ ꝯfusiones ꝑ diluuiũ aliqd ꝑticulare de massa terre nr̃e forte segregatas. sic ⁊ hyberniã ⁊ Norwegiã et alias plures insulas in occeano mari de gleba terre nostre videmꝰ longe distinctas: ⁊ sic fortassis sunt de illis sex gẽtibꝫ cum sex linguis spetialibꝫ taliter sublatis. vt ipsaꝝ noticia ꝑ Isid.

et tēpore suo ⁊ ante tēpora sua cunctis fuerit incognita: ⁊ quia hic dicit de quattuor insul' q̄nta derelicta ad fidem ⁊ humanitatē congruā redactā. adhuc fortassis sexta latet remotius aut aliorsuz nob penit⁹ icognita: ⁊ añq̄ veniat dñs viuos ⁊ mortuos iudicatur⁹ clare mānifestāda

Rusticus. Questionis aūt dignū dinoscitur vtrū gentes in insula quinta: aut patres et ꝓgenitores gentiū in iamdictis quattuor insulis sint excusati. quia non crediderūt Ex quo ꝓ certo illorū eos quoq; in omnē terrā exiuit sonus. ⁊ in fines orbis terrarum verba scribunt pueniſſe. predicatio non ꝓtingebat: nec p vicarios apl'orum pueniebat.

Nobilis. Et licet huius questionis materia ad ꝓncipalis nostri ꝓpositi cognitionē: et ad mei militaris status ꝓditionē sit mīme ꝓportionanda. sed quia taliter incidenter quesiuisti ipsius solutio inquātum potero nō sit tibi deneganda. Nam durū est dicere. ad dñm Effunde irā tuam in gentes que te non nouerūt. pſ. lxxviij. sed adaptat. putle. ⁊ no. xxvij. dis. c. ideo phibet: ⁊ in glo. vlt. ⁊ hec materia largissime tractat in libello mgri Engelberti Abbatis admonensis de iusticia dampnatiōis: ⁊ grā saluationis vbi cōcluditur de eorūdē dampnatione: ⁊ ibidem post solēnes scripturarū ⁊ rationū allegationes idem mgr ponit exm in effectu in quo videt. q̄ iuste ꝓpter culpam originalis pcti ꝓtractā p ꝓmos parentes sine fide nemo saluari pōt dicens. Quidē rex potentissim⁹ ⁊ liberalissim⁹ ac etiā iustissimus quendam suum militē quasi de nibilo erexit: ⁊ vt sibi liberius ⁊ cōstantius seruire posset castrū ⁊ ciuitatē q̄ndā sibi ⁊ filijs suis hereditario iure cōcessit in ꝑpetuū tali ꝓditiōe. vt q̄diu ipse miles ipsi regi dño suo fideliter seruiret illud castrū: ⁊ illam ciuitatē libere possideret. Sinaūt vt sine ꝓtradictione castro cum ciuitate ꝓuari posset. Unde miles habita possessione pacifica dictorū castri ⁊ ciuitatis p tēpora certa: ⁊ exposit dñm regem suum nō seruiendo tpe necessitatis grauiter offendebat. Quare dñs rex ipm militē dicta possessione priuauit. Dic queso quo iure. filij aūt successores militis qui taliter excesserat regem predictū de suo dāno taliter ipsis illato habent increpare. His sincere ꝓpensis solutionē q̄onis. Nam rex est dñs oīpotēs. qui Ade cōmisit castrū paradisi: ⁊ offendebat dñm. Unde ipm Adam cū posteritate sua possessiōe castri ꝓuauit: ⁊ nos exules filij Eue in insulis que ꝓcul sunt: ⁊ etiā ad quos fides nō pueniſt rōne dicte eiectiōis ꝓpter inobedientiā ꝓuatos gaudijs celestib⁹ fore decreuit. Et nunc redeam⁹ ad ꝓpositum nostrū: ⁊ si cunctoq; p mundū noīa regū ⁊ regnoq;. put quondā in dicto vrbis itinerario tpe Julij ⁊ Octauiani cesaris fuerunt compta plenissime posuimus supā. c. xiij. ꝓprie ⁊ nomīb⁹ ꝓprijs ꝓscripta. Et huic capitlo notabilit applicāda imo post pmissa si placet diligent recitāda

Rusticus. Et si de gentib⁹ ⁊ gentiū regnis ⁊ dominijs largā fecisti mentionē. Et huiusmodi gentes in se nō dubito. put supā tetigisti linguarū ⁊ ideomatū habuerint discretionem. de qua discretione rogo fac competentem specificationem.

Nobilis. Congruent banc moues curialitatis. imo p nostri ꝓpositi ꝓsecutionis declaratiōe quasi necessitatis questionē. Et scias q̄ supradicte gentes ⁊ regna inter se dūaliter discretas habuisse phibent pdictas septuaginta duas linguas. put quondā apō turrim Babel cōfuse fuerūt. vt Beñ. xj. c. Que turris. vt dicit Sibilla edificata ⁊ erecta fuit in campo Sennaar in regione Babilonis. Et ꝑm mgrm in histor. ibidez hoc factū est post mortē Noe qui post diluuiū vixit. cccliij. annis: ⁊ pantea quingentis annis vixerat. Item ꝑm mgrm ibidem in hac diuisione linguarū nibil noui fecit deus. quia voces eedem fuerūt. put hodie sunt apud oīes gentes. Sed dicendi modos ⁊ formas diuersis generib⁹ diuisit. vt vicz vna gens specialis speciali lingua vel due vel plures gentes vna lingua pollerent. vt videt inter gētes ytalie ⁊ alamanie. Unde ꝓncipalis ⁊ ꝓma lingua fuit hebraica. Qua adam ⁊ Eua ⁊ ꝓsequenter oīs ꝓpago sua vsq; ad confusionē predictā cōiter fuit vsa. Et deinde. ij. Assiria de Asur. iij. Caldaica de Coldeis. iiij. ꝓsica de persis. v. Harisica de Hatij. vj. Elematica de Elemanch vij. Arabica de Aribis. viij. Scitica de Scitis. ix. Paresica de Paresis. x. Caldita de Caldit xj. waspurganica de waspurgis. xij. Nesipiaca de Nesep. xiij. Reuiaca de Reuia. xiiij. Barsistaniaca de Barsistania. xv. Samaricana de Samaria. xvj. Ethiopiaca de Ethiopia. xvij. Alanica de Alon. xviij. Amozonica de Amazonia. xix. Zelethica de Zelech. xx. Hasturica ō masthur. xxj. Ochica ō och. xxij. Trechica ō trech. xxiij. Tepegyaca ō tepegia. xxiiij. Apabamitica ō apabimit. xxv. Epeperica ō epeperich. xxvj. greca ō grecia. xxvij. virica ō viric. xxviij. armenica ō armēia. xxix. alanātica ō aleuāt. xxx. frācigena ō frācia. xxxj. britanica ō britania. xxxij. Aqtanica ō Aqtania. xxxiij. Hyspanica de Hyspania. xxxiiij. Scotica ō Scotia. xxxv.

Betinatica de Bezinach. xxxvj. Rustiaca de Rustia. xxxvij. Bulgarica de Bulgaria. xxxviij. Ungarica de Ungaria. xxxix. Lypoziaca de Lypozia. xl. Indiaca de India. xlj. Numidiaca de Numidia. xlij. Saluiaca de Saluia. xliij. Saxonica de Saxonia p Alamanica. xliij. Artinonica de Artinonia. xlv. Pacracionica de pacracioni. xlvj. Carcerionica de carceriõi. xlvij. ysmabelitica de ysmabelitz. xlviij. Partiaca de partia. xlix. Seuortiaca de seuortia. l. Galatiaca de Galatia. lj. Vastonica de vastonia. lij. Bricciaca de Briccia. liij. Papiliaca de papilia. liij. Murbatiaca de Murbartia. lv. Tanamaca de Thananea. lvj. Sydonica de Sydonia. lvij. Sadochiaca de Sadoch. lviij. Hecedonica de Hecedonia. lix. Aractonica de Arachtonia. lx. Bretica de Brectis. lxj. Epiphanica de Epiphania. lxij. Tarsyaca de Tharsis. lxiij. Pomponica de pomponia. lxiij. Abusiaca de Abusia. lxv. Sansusiacha de Sansuchia. lxvj. Arcanũciaca de Archamitia. lxvij. Parcaniaca de Parcanica. lxviij. Mesopotanica de Mesopotania. lxix. Taroniaca de Tozonia. lxx. Disponiata de Disponia. lxxj. Parcreuanciaca de Pacremantia. lxxij. Syra de Syris: z hec oĩa z singla ydiomata sunt collecta de itinerario vbis Rome. fatenť tñ ibidem paragratores. put etiã. s. dixit Jsiõ. qꝫ nõ gentes de singulis linguis. sed loca gentiũ: z reliquias dispsoꝝ pl'oꝝ inuenerunt. Marcus etiã venetus de bis que sunt in Affrica z Asia maiori quas cũ socijs suis pambulauerat multum concordat. Unde dicit Jsiõ. Ethi. ix. c. ij. Dum gentes linguarũ: aut gentium linguas describeret Sex gentes de tribu Chanaan ignote sunt. que a bello Eciophico subuerse vsqꝫ ad obliuionẽ preteritoꝝ nominũ puenerũt. Hec ille. Ecce verisimile videť qꝫ tot gentes impatorum tpibꝫ pdictoꝝ tam gnare vix poterant obfuscari quin mulieres cum paruulis que post bella solẽt frequẽter residuari aliq̃ ꝓpagatiõe cũ naturali linguagio videnť resuscitari: aut aliť put pretactũ est. qz gentes insulaꝝ. de qbꝫ supꝫ fecimꝰ mentionẽ. de ill' sublatz gẽtibꝫ puenerũt.

Rusticus. Est ne aliud linguagiũ vel idioma preter illa pnũc annumerata.

Nobilis. Utiqꝫ sic. Et nobilissimũ loq̃ndi genꝰ: z tãqꝫ auri minera p ceterz metallis p totã Europã z p plures Affrice z Asie regiões plibatũ. qõ q̃ndam Romani dum rempublicã laudabiliť p vniuersum gubernabãt mũdum. Artificialiť de greco z latino cõponi decreuerũt z statuerũt: z nõ de oĩ greco qõ est quadruplex. sed tm̃ de regulato. qõ atticũ siue attica lingua dicebať. de quo infra dicet. quo antiqui phi vicz Aristoteles Plato z Ypocras z oĩes Phisici Ethnici Loici z Stoici cõir vsi fuerũt. z nõ de oĩ latino cõi. qꝫ multiplex est. Et quo pnunc vtũtur Romani Ytalici Lombardi Gallici z alij plures natiões. q̃ oẽs quondã latini dicebanť: z maxie tpibꝫ latinoꝝ regũ ante Rome conditionẽ et post vsqꝫ ad tempus Julij cesaris. de quo Wgf in histoꝛ Judi. xvj. in incidentijs. Sed de illo latino. de quo dicit Jsiõ. Ethim̃. lib. ix. c. j. qõ quadruplex fuit. videlicz Primũ priscũ. Secundũ latinũ Tertiũ romanũ. Quartũ mixtũ. Priscum fuit quo vetustissimi ytalie sub Jano et Saturno sunt vsi. Sed latinũ qõ sub latino: z regibꝫ Tusci: z ceteri in latino sunt locuti. Exquo fuerũt. xij. tabule scripte. sed romanũ. qõ post reges exactos a pl'o romano ceptum est Qõ Nevius Plancꝰ Ennius z Virgilius poete. z et oratoribꝫ Gracus z Latho z Licero. z ceteri effuderũt. ¶ Unde Azo de latina libertate tollẽda loquẽs exponit latina hoc est romana cum certis silitudinibꝫ. put ibidẽ in summa sua p extensum. Sed mixtũ qꝫ post imperiũ latius pmotũ simul cum moribꝫ z bomibꝫ in ciuitatẽ romanã irrupit integritatẽ verbi. p Solocismos z Barbarismos corrũpens. ¶ Largo tm̃ sumpto vocabulo oĩes dicũtur latini. q̃ in Europa z extra grecos sunt cõstituti. vt le. z no. in. c. Canones. xl. dist. circa mediũ vel melius qꝫ oĩes dicũtur latini qui chriano nomine pfitentur. Exceptis grecis qui scismatici sunt. vt in Clem̃. j. de magi. in glo. super ꝑ. hebraice. Nobile aũt dictum ydioma. videlicet latinũ romani grãmaticã dixerunt. siue latinũ regulatum vocauerũt. licet ꝓprie loquendo oĩis regulatus modus loquẽdi. in ydiomate quocũqꝫ vulgari grãmatica dici possit fm Jsiõ. Unde Bonus hebraicus regulariter loquẽs dicitur grãmaticus. similiter z grecus lombardus: aut alamanus: aut quiscunqꝫ alius. Unde fm mgrm in histoꝛ. de turri Babel. in incidencijs. Beñ. c. xj. Dicit qꝫ Cham filius Noe legitur scripsisse septem artes liberales in quattuordecim columpnis. Septem videlicz eneis: z septem laterinis contra vtrũqꝫ diluuium: z hoc post linguarum confusionẽ: z ante vbis rome conditionẽ collocabatur: z verissima cõsistebat in lingua hebraica. Et ꝓsequent in oĩbꝫ alijs. Js aũt qui ꝑ vũť mõ apõ latinos. i. ytalicos dr̃ lr̃aliter loqui: z nos latinice. put Greg. hoc linguagiũ regulatum dixit latinum. in libro vltimo

Horaſ.c.xviij. Vbi dicit in lib. Job de Arabica lingua ad latinū translatum.qđ Jeronimus dicit grammaticam super epistolam ad Tytum.vt.xxxvij. dist. Siquis grāmaticam. Et hoc idem Gratianus.xxxviij.dis.§. Sed licet. Et etiā habetur in.c.fi.de eta.z quali.or. Et similiter Greg. Grāmaticam dixit scientiā auctoris.qui fabl'as Jouis aut Mercurij seu Saturni recitabant.vt le.z no.lxxxvj.dis. Cum multa. Sed puto dicendum.q licet in omnē linguam. Et oīe ydeoma ipsa scientia videlicz grāmatica.suarū traditionū dirigat documenta. put colligitur ex premissis. habūdantius tamē z principalius in hoc reglato linguagio. quo frequentius vsi sunt. tam veteres quā noui doctores z magistri. Et pīsertim vtriusq; iuris: et hinc eccl'iastici dogmatis scriptores. Unde Athomatice. put p apostolum intelligitur Paulus: z per principem papa vel impator z c̄.put predictum est supra.c.xxiij. vt hic modus apud nos loquendi Grāmatica dicatur rationabiliter est introductus. Habemus etiā loquelam digitorum.de qua Beda in lib.ij.de ratione temporū.c.j. habemus etiam notas vel signa digitorum.de quib; Jsiō Ethi.j.c.xix. Sed hec nihil ad nos. Et nota fm Jsiō. vbi supra.q oēs orientis gentes in gutture lingua z verba collidunt.sicut Hebrei z Siri z oīes mediterranee gentes in palato sermones feriunt.sicut Greci z Asiani.z oīes occidentis gētes verba in dentibus frangunt.sicut Italici z Hispani:z q sit speciale donū dei scire multas linguas.no. glo.j. ad Coz. xij. sup ẏba.genera linguaz. **Rusticus.** Qua aūt lingua loquebatur deus ante mūdi z post mūdi creationē. **Nobilis.** Tu extra nostrum ꝓpositum me nimiū cogis vagādum. Attamen scias.q dicit Jsiō.q difficile est scire. cuiusmodi lingua locutus est deus in principio mundi dū dixit fiat lux. quia nōdum erant lingue. Item qua lingua insonuit postea exteriorib; hominū auribus. maxime ad primū hominē loquēs. Et ad ꝓbetas vel dum corporaliter insonuit dicens. Tu es filius meus dilectus.vbi a quibusdam creditur.illa lingua vna z sola que fuit anteq; esset linguarū diuersitas. videlicet hebraica Jn diuersis quippe gentib; creditur q eadem lingua illis deus loquatur.qua ipsi homines vtūtur vt ab eis intelligatur.loquitur aūt deus hoībus:nō per substantiā inuisibilem scz per creaturā corporalem per quā etiam z hominib; apparere voluit. quādo locutus est:et quia apl'us dixit Si linguis hominū loquar z angelorū.j.ad Chor.xiij vbi queritur qua lingua angeli loquātur.non q angelorū alique lingue sint. Item qua lingua homines in futuro loquātur. Nunq; fm Jsiō reperitur. Nam dicit apostolus Siue lingue cessabunt.j.ad Chor.xiij. Et glo.Augustini ibidem cessabūt videlicet in futuro.quid em̄ alicui dicetur.vbi oīes eadem intelligēt.Sed quomodo loquatur deus ad angelos:z angeli ad deum:z deus ad sanctorū animas:z sanctoz anime ad deum:z deus ad diabolū:z diabolus ad deum. Vide Greg.moral'.ij.c.iij.circa fi. Et plenius sequēt; duobus capitulis.

Rusticus. Que sunt aūt lingue principales: et per mundum magis vsuales. **Nobilis.** Tres videlicz Hebrea z Greca z Latina.que toto orbe maxime excellūt. His em̄ trib; linguis sup crucem dñi a Pilato fuit causa eius scripta. Unde z ꝓpter obscuritatem sanctarū scripturarū cognitio trium harum linguarū necessaria est. vt ad alterā recurrat. Dum si quā dubitationē nomis vel interpretatiōis sermo vnius lingue attulerit. Greca aūt lingua inter ceteras gentiū clarior habet. Est em̄ latinis z oīmbus linguis sonātior. cuius varietas in q̄nq; partibus discernit. Quarū prima dicit Coenodo id est mixta siue cōmunis:qua oīes greci vtuntur. Secōa attica videlicz Atteniensis qua vsi sunt oīes grecie auctores. Tercia dorica quā habent Egiptij z Siri. Quarta lonica. Quinta theolica qua se theolisti locutos dixerūt. Sed quia tua rusticitas bene mouebat de linguis gentium. quia put predictū est Gentes ex linguis z non ex gentibus lingue exorte sunt. Jgit linguarū discretiones multum ad ꝓpositum nostrum profuerunt.

Capitulum

De signorum insigniorū ⁊ armorū ad impatorē

reges ⁊ ꝓncipes ⁊ alios nobiles ꝓprie ꝑtinētiū vsu ⁊ ꝓsuetudie. Caplm. xxix. Ait rustic⁹.



Onstruosa sunt que refers Et auditui necnon appetitui meis delectabilē ad vltra querendū quandam curialitatis questionē inducis huic quoq; materie cōgrue corrūdentē. Nam qz nō vidi tam experienter ruralib⁹ ꝓtinuo ꝓpedit⁹ tamen ꝓuenienter audiui oīs nobilitatis stat⁹: ⁊ gradus ⁊ graduū dña: ⁊ insup loca necnō vniuersitates ꝑlos ⁊ gentes ⁊ regna. de quib⁹ ꝓprie supza posuisti descriptionū documenta vti signāter signis ⁊ armis ⁊ in suis reb⁹ Scutis Barinis Clipeis ⁊ egidib⁹ velis vexill' ⁊ paneri)s ꝓferentes. Et preserti nobiles ⁊ magnanimitate ꝓpollentes: ac in ingentiū suaz sublimitatis ⁊ nobilitatis ꝓtensaz iactātia in bellis prelijs. pugnis. duellis. ⁊ torniamētis pallacijs curijs curtib⁹ ⁊ dominib⁹ portis ianuis ⁊ hostijs ac valuis ꝑsignantes. Unde notāter de his quid dicat vtriusq; iuris: aut ꝑscripte cōsuetudis auctoritas ꝓcipere desidero ad prenarrata ꝑtinenter continuando.

Adinstar Dauid regis. vt legit̄.ij. Reg.c.vlt̄.qui supbe numerādo ꝑplm gl̄iabat̄ nimis.ꝛ offendit dñm ꝛ intantū ꝙ vno die,puocat⁹ a mane vsq; ad tēpus sacrificij vesptini necauit de ꝑplo tuo pestilētia tricenta milia virorū. Et is ꝙ ꝑtra Dauid clamōis vindictā intulit infra anni spacium. vicz.xxvj. Augusti.put p̄mittit̄ sequentis vltionis rigorē reddendo retribūtionē superbis extra muros Basilien̄.de iādicto ꝑplo ꝛ sibi ꝑfederatis ad milia plura ꝑstrauit. Cui⁹ credis silr mirandū ꝓpēde nimis horrendū patent̄ plagiū. Nā ad diez̄ triginta spaciū p singl̄as noctes apō p̄dicti scī Jacobi capellam extra Basileā armatoz̄,violent̄ hastantiū bellatorū hostiliter dimicantiū. virorū fortiū.ferocit̄ pugnantiū cesoz̄ letalit̄ vlulantiū: ꝛ lesoz̄ dolenter frementiū sonit⁹ ꝛ ꝑplorū tumult⁹:ꝛ magnaꝝ gentiū strepit⁹ ꝓhabitātes ibidē leprosos multū ꝑterritos terribilit̄ fuit audit⁹:ꝛ die tricesima,put p̄notat̄ bellū sup̄dictū in ꝛ,ꝑpe capellā eandem ꝓpetrat̄. Item post Bernensiū predictā ꝑplorū oīstationē ipsa die Epiphanie dñi duz iste ꝑplus seditiosus ꝙ fuitcn̄.dicunt̄ q̄ddā monasteriū Sancimonialiū. ordinis Cisterceñ.dictū in wurmk̄bach Constantien̄.dioc̄.ipsis vicinū violent̄ occuparent: ꝛ ꝑtumacit̄ inuaderent: et ꝑsonas monasteriū abinde repellerēt quedā imago beatissime virgis Marie. gestantis Jesuz filiū suū in vlnis. more ꝑfecto vetustissima in eccl̄ia dicti monasteriū cūctis videntib⁹ ab antiq̄ collocata. ꝛ tpe dicte occupatiōis in facie ꝛ manib⁹:ꝛ puerulus nud⁹ p totū corp⁹ sudabāt guttas aq̄sas. aquoso more realit̄ ꝛ cū effectu guttatim manētes adinstar corpoꝝ humanoꝝ viuentiū passim ambo stillantes:ꝛ in hmōi sudore p triduū integrū die noctuq; ꝑseuerātes. Itē ꝙ post p̄missa ꝛ in eodē anno ꝓtingebat digne notandū in q̄dā oppido wile.p̄dicto ibidē vicino dicti suitensib⁹ ꝑfederato.qz visus est vitul⁹ cū duob⁹ capitib⁹ illic,ꝑcreat⁹:ꝛ in rei memoriam eiusdē oppidi porcis palam p dies plures p̄māsit affixus: ꝛ eodē q̄si ipe in ammirationē oīm ꝑploꝝ apō suiten̄. predictos quidā vitul⁹ būane capite patent̄ cū oīb⁹ suis circūferentijs discretissime ō vacca nat⁹ videbat̄:ꝛ mōstruose publice ꝑduct⁹. Itē āno seq̄nti de valle q̄ dicit̄ Clarona. ꝓtigua dicti suitēsib⁹ p̄dicta: ꝛ ipsis ꝓprie ꝑfederata exiuit grex agnoꝝ ꝛ aretū inter quos vna de agnellis fetosa seu fetu plena p carnifices incisa ꝛ aperta. reptus est fetus viuus et partui vicinus.pilo tenui tectus. ꝛ integre formatus vnū habēs caput. ꝛ faciem simā plus ad effigiē aut formā symee. vel homis symq̄ q̄z agnelli dispositam os vnū cum dentib⁹ rite locatis.ꝛ pendentib⁹ lanissimis labijs superioribus penit⁹ cooptum. nullum dorsum.sed dorsispinā duas caudas. ꝛ duos anos.ꝛ octo crura. ꝛ octo pedes taliter ordinatos.ꝙ quādo cum quattuor pedib⁹ in terra naturalit̄ ambulasset.alios quattuor directe ꝑsus celum ꝓtendisset. Item eadem tēpestate.quedā magna nauis plena pecorib⁹ ducebat̄. vt solitū est de partib⁹ suitēsium per fluuiū rursam.qui mox reno cōiungit̄ versus Basileā transitura:ꝛ inter cetera quidē vitulus quo ad frontis ꝛ aurium ꝛ oculoꝝ ꝛ nariū ꝛ oris ꝛ menti:ꝛ orificij dispositiōis nō vituli sed plus homis habens effigiē. visus est patenter.quē naute āmiratiōe ꝑterriti cōcernentes: et ne cōfusio terrigenis vnde venerat exinde generaret̄ in flumis impetū palam dimersēt. Item anno p̄dicto ꝛ de mense Marcij dum potētatus dicte gentis in quodā oppido notabili apō locum termaꝝ ibidem vicino cum suis cōplicib⁹ ꝑfederatis ex vna:ac copiosa nobiliū ꝛ ciuium Thuricen̄. multitudine ꝑtib⁹ ex altera causa tractāte pacis fuissent ꝙgregati.ecce quidē milu⁹ q̄ inter alias aues fm Jsiō.timidissim⁹:ꝛ auib⁹ ꝑterea minoribꝫ sc,ꝑpē pusillanimitatē ꝛ segnicm sepe suꝑrimit̄ descēdens ab arce:ꝛ scribe siue notario publico dicte gentis in medio suatum:ꝛ in p̄sentia sui capitanei officio fungenti in fori patulo virū sq; sexus hoīm pleno. piretum siue capellum coloris albi. de capite violent̄ surripuit: ꝛ vehementer trāsuolauit:ꝛ vnguibus suis transportauit:ꝛ penit⁹ abstulit. Et notāter dixi coloris albi. Nam si rubeū aut ceruseum fuisset cruentaꝝ forte carniū apparentiā repꝛesentasset:ꝛ auicule visu decepto.nō tam mirabile in oculis nr̄is apparuisset. Est aūt notādum,ꝙ scriba aut cācellarius vel,ꝓbonotarius alicui⁹ p̄ncipis vel vniuersitat⁹,p republica legalit̄ expediēda magne lateq; p̄sumit̄ auctoritatis:ꝛ ipsa respublica tanq; circul⁹ sine pūcto in suis extremitatib⁹ fm Euclidē ꝛ q̄rumlibꝫ hominum status. videlicet nobilium ciuiū ꝛ plebeoꝝ siue scriba seu cācellario persistere nō potest.sed per istum punctū videlicet scribam tanq; hostiū per cardines suos necessario regist̄atur:atq; conuolutur ꝛ reuolutur. Unde Aristo.in libro de regimine p̄ncipum ad Alexandrū magnū.c.lvij.in fine de cancellario sic inquit inter multa. pone ergo eum videlicet scribam in gradu remuneratiōis tue. quia eius ꝑfectas tua est:ꝛ eius corruptio tua. Et ita volo. ꝙ auis predicta tetigerit cordis intima suitensiū in hac ꝑsona: ꝛ inde ꝑiculosum gesserunt prodigiū.

Capitulum

Et audi: nam nō longe post hunc casuz due maiores cāpane in swytensiū valle vna in superiori et alia in inferiori partibz. vna quasi z eadē die z hora nō violent sed more ꝓsueto pulsate patē ter sunt disrupte. Hinc scōa Augusti eodē anno quidē notabilis de ꝓsulatu swytensiū ꝑ partē aduersam vicz Thuricenses mācipat⁹: z dum sperabāt secreta suoz inimicoz̄ ab illo exterꝝre ꝓpꝛijs suis caligulis iugulando in carceribz se pemit, put z plures de dictz swytensibz apō inimicos detenti eisdē tpibz ꝓpꝛijs se manibz occiderūt. Item eodē tpe duo viri de dicto ꝓplo qui quandā in obsidione ciuitatis Thuriceñ. partis aduerse mulierē maritatā vi oppꝛesserant ad exercitū redeuntes. Unde vnus dum se in mēsa capitanei de ꝑpetrato sceleꝛe narrando iactaret moz morte subitanea cōstrict⁹ occubuit: z aliter illico telo partis aduerse ꝓfossus expirauit ¶ Item cōsequenter de anno Mcccclvj. z die. xxvij. mens Januarij in terra ꝓfederatoz̄ pre dictoz̄: z pīertim in z circa Zouingen Lentzburg surse z Zurow oppida ditiōi quondā ducū Austrie ꝓpꝛia: z nunc ꝑ eosdē violenter ablata post noctis medīū tenebris noctur nalibz repulsis est visa adinstar diei meridiani quedā fulgurosa claritas ad moꝛā vnius hoꝛe vel quasi ꝑdurans intonātibz fremendis tonitruoz̄ coꝛuscationibz: z ventoz̄ validis cōcussionibz: ac si montes z colles collisiōe violētissima coꝛruerent: z facti sunt mugit⁹ horribiles ꝑ aerē frango re timoꝛoso resonātes. Quibz vt p̄mittit repētine trāsactis facte sunt tenebre. quēadmoduz poꝛes rite iuxta tēpoz̄ qualitates ad oꝛtū diei naturalis ꝑdurantes. Item cōsequent die prima mensis Februarij de ꝓpe in oppido tamdicto Surse dum boues moꝛe soluto mane p̄mo diluculo suam visitarēt eccl'iaz in cimiterio suo z al's in duabz notabilibz domibz grandē sanguinis seu cruoꝛis effusi coagulationē modo mōstruoso sine quo q̄ hominū suffragio, put fideli comparuit scrutinio palam z publice ꝑmanentē: z iacentē inuenerūt. Item cōsequent tercia die Februarij. visum est q̄busdā monialibz in monasterio ibidē vicino. vicz Eberseg ordinis Cisterciēñ. mane nōduz oꝛto sole. q̄ ambit⁹ monasterij plen⁹ iaceret moꝛtuoz̄ cadauerib⁹. quo tremē de cognito moz disparuit euētus. Item de anno iādicto: z de mense Julij quidā insensati de swytēsibz ad numez. xx. cateruati cōiuncti de oppido Zug exeuntes ipsos Thuriceñ. dampnificare volentes, ꝓgressuri. ecce a uis quedā silueſtris que Herobs dicit ab alto veniens: z duobus viris ꝓe ceteris multū ꝑeminētibz appꝛopinq̄bat: z capitibz coz̄ moꝛsu amarissimo coherentes cōtinuo insedere laboꝛabat q̄ violent ipsam abꝭcientes: z demū occidentes: z iter ꝑius montes intentū, ꝓsequēdo ꝓcedebant: z ibidē quosdā Thuriceñ. in insidijs latentes inueniebāt. qui moz aggresso p̄mo duos eosdē ꝑ auem, put p̄mittit molestatos interficiebāt: z alij coz̄ cōtubernione fugabāt. Item mense sequēti ipsa die scōz̄ Johis z Pauli martyrū fulmē illi co de celis quendā viz mire foꝛtitudis dictoz̄ Thuriceñ. inimicū ſcueriſſimū qui p̄ cunctis non lancea vel gesa: sed solum claua quadā penit⁹ ferrea magno pōdere diris aculeis ad modum Herculis vtebat in bellis. sed tpe tunc pacis violent extinguebat. Nam z fulmis ictus ꝑ maledictiōe ponit. vt Job. c. vlt. vbi dicit. mitte cōtra eum fulmina: z ad locum alium non ferēt vicz vnius sicut ille. Item anno iādicto de medio mensis Augusti in valle suitensiū z mōtibus alpibz z collibz suis vbi pascuis vtebant oues z boues z alia sua pecoꝛa cāpi tam intolerabiles z grandes niues vltra triduū durantes violent irruerūt. q̄ se ad genu cuiuslibet viri ꝓtenderūt: z igit innūerabilia animalia sua p̄dicta in pascuis existentia frigoꝛe z fame z suffocatione perierūt. multū quidē bis similia vel maioꝛa foꝛent ꝓpalanda. sed ne vltra tuā grauemus rusticitatē cetera decreuim⁹ restringenda. Nam sepe periti pauca ponūt. vt coz̄ exemplo oīa similia caueant. vt le. z no. in cle. vel. mo. c. j. in glo. j. **Rusticus.** De multoz̄ tuoz̄ collegi premissoz̄ z plurū aliozū mihi fideliter referentiū relatione ꝑ tanto, q̄ in modū latissime recapitulatiōis prioz̄ quoddā tibi foꝛmabo thema cū ammirationis questiōe. quia impialis oppidi Thuriceñ. cōmunitas ex vna: z suitensiū z alioz̄ suoz̄ confederatoz̄ vniuersitas partibz ex alia vicz. de anno dñi. Mcccly. fecerūt vnā ꝓfederationis ligā ꝑpetuo duraturā: z taliter est ꝓuisum q̄ntū fuit in vtrisq̄ ptibz. q̄ inueniri nō debz mod⁹. quo predicte ꝓnexionis valeat dilui: aut disrūpi nodus. z hic patentibz cyrographis cū suphabūdantibz cautelis z cū singularibz capitulis singulaz̄ vniuersitatū sigillis est laudabilit firmatus: z quolibz decennio in qualibz vniuersitat⁹ parte ꝑ extēsum placet⁹ z iuramentis singuloz̄ de vniuersitate saltē discretoz̄ de rato firmit innouat⁹: z in eūsdem cyrographis patent magna cōsideratiōe videt foꝛe cautū. vt quelibet vniuersitatū pars seoꝛsum similiter se cōfederare possit salvo prioꝛis cōfederatiōis ligamīe. cū quibuscūq̄ ꝓncipibz. ciuitatibz. oppidis. castris

ꝛ singularibꝫ vniuersitatibꝫ. Quãobrem cõmunitas ꝓpli Thuriceñ. nup se cũ illustrissima domo ducũ Austrie salua ꝑpetuo colligauit. Et seruatꝫ seruãdis cõfirmauit: put ex cõuentiõe potuit. Et insuper iuri rõnicꝫ cõgruit ad dilitandũ ꝓcz ꝛ ꝓcordie clemẽtiã. Nã ꝛ Judas Machabeꝰ ꝛ vniuersitas iudeorũ in hierlm ꝓfederationẽ fecerãt cũ Romãis. salua ꝓfessione sua. q̃ ipam ꝓfirmabãt tabulis eneis ad hierlm solẽniter directis: vt. j. Mach. viij. Et ꝫ idẽ ibidẽ. c. xij. ꝛ xiij. Et. ij. Mach. xj. ꝛ hodie licz: vt le. ꝛ no. xj. q. j. Si q̃s clericoꝝ Et clariꝰ ibidẽ ꝑ Archiꝫ. sed clarissime ꝑ eundẽ. de ꝫbo. sig. ꝓstitutionẽ. Et ibidẽ in glo. magn. Hũc ceteri ꝓfederati ꝓtra Thuriceñ. displicẽtiaꝫ gesserũt. ꝛ auerterũt se ꝛ nõ seruauerũt pactũ quẽadmodũ ꝓres eoꝝ/cõuersi sunt in arcũ prauũ. pñs. lxxvij. Et vt Thuriceñ. illã nouã cõfederatiõis sponsionẽ dimitterẽt/vel eiꝰ occasione coꝛã ipis in effectu iuri parẽt: vt ꝓrie diceretur Inimici nri sunt iudices. Deut. xxxij. Eos ꝑ vim cõpellere hostilit attẽptarũt. Non obstañ. dictoꝝ Thuriceñ. exceptiõe dicentiũ. q̃ iã scripturaꝝ Cirogꝛphos. q̃d iurꝫ sit pleniꝰ explorat ũ. Et inde sup eo de stando iuri coꝛã tribꝫ ꝓnis de cõsulatu Bernẽñ. q̃ eozundẽ Swytensiũ fuerũt cõfederati. Siliter hoc idem obtulerũt. coꝛã aliarũ ciuitatũ impialiũ vniuersitatibꝫ. De hꝫs Swytẽses ꝓncipaliter ꝛ alij sui ꝓfederati ꝓsequnter mime ꝓtenti/grauissimoꝝ ꝑliꝝ bella. Et hostiles inuasiões Thuricẽsibꝫ intulerũt. ꝛ effectualit ꝓtra ꝓditiões ꝛ pũcta dudũ fideliter iurata. ꝛ in cyrogꝛphis ꝑdictꝫ patẽter ꝓtenta. eosdẽ Thuriceñ. crudelit grauarũt. Et ipsorũ oppidũ ꝑ duos mẽses. et. xij. dies obsiderunt. ꝛ mille iactꝰ cũ maioꝛibꝫ fecerũt bombardis. Et vnũ sacerdotẽ ꝛ q̃ndã vetulã: nec aliũ hoiez intra muros ꝛ menia dño disponẽte tetigerũt. illi tñ ad penitentiã ꝛ sacramẽtoꝝ ꝓceptionẽ puenerũt. Cõsequent Swytẽses ꝑdicti sub urbia villas/possessiões/curtes/domꝰ/hoꝛtos/ꝛ arboꝛes/vineas ꝛ tuguria: igne. ꝛ als hostili deuastatiõe ꝓsumarũt. Immo q̃ deteriꝰ est ꝓtra sacroꝝ canonũ ꝛ felicissima legũ impialiũ Et vniuersalis oim xpifideliũ ecclie statuta/ꝓsuetudies ꝛ obseruatiões. ꝛ ꝯ ꝓpriam inter ꝓtes dudũ initã cõditionẽ/patentibꝫ litterꝫ coꝛroboratã tanꝫ bestiales ꝛ insensati/sarraceni/pagani/hussones ꝛ infideles. in ipsoꝝ Thuriceñ. terra ꝛ territoꝛio/monasteria loca ꝛ cenobia religiosoꝝ vtriusq̃ sexus: necnõ ecclias collegiatas: prochiales ꝛ capellas nũero. xxiij. ignis voragine miserabiliter ꝓsumarũt ꝛ deuastarũt. Et in xpiane religiõis ꝓemptũ/domꝰ dñi dei nostri ꝓphanarũt. Et ꝑsonas religiosas ad exiliũ miserabilis penas cõpulerũt. Prelbyteros ꝛ clericos vinculauerũt/ꝛ ipsoꝝ mẽbra cõpedibꝫ ꝛ manicꝫ ferreis crudeliter cõstringẽtes. ꝛ ad exoꝛiandũ eosdẽ: put Bartholomeꝰ apl̃us fuit afflictus ꝑ incisionẽ cutis effectualit attẽptãtes et alios miserabiles cruciatꝰ intulerũt/mulieres violẽter oppꝛsserũt. Et in obsidione ꝑdicta taliter indurati ꝛ obstinati ꝑmanserũt/vsq̃ ad tẽpus a dño prefinitũ: q̃ per bellũ extra ciuitatem Basilieñ. inhũaniter domati recesserũt: put hec ꝛ alia supius nr̃e collatiõis series clariꝰ tetigerũt. Hũc quero ex themate ꝑdicto: vtrũ ꝑmissoꝝ occasiõe liceat vniuersitati impialis oppidi Thuriceñ. a ꝓfederatiõis liga ꝑdicta ante centũ annoꝝ spaciũ taliter instituta recedere penitꝰ: ꝛ auctoꝛita

Nobilis. Hec questiõis ꝓpositio mihi satis rigoꝛosa. et mee facultatꝫ excete proꝑia. dit eloq̃a. Attñ dño duce sacroꝝ canonũ ꝛ legũ ponderabo cõsilia. Solũ deũ pre oclis habẽdo. Et dicã cũ Hieronymo. xxiij. q. j. Nõ auferam⁹ stateras dolosas vt appendam⁹/qõ volum⁹ ꝓ arbitrio nr̃o: dicẽtes. hoc graue/hoc leue est. Sed afferamus diuinã staterã de scriptꝫ sctis tanꝫ de thesaurꝫ dñicis. Et in illa q̃d sit grauiꝰ appendam⁹ hec ille. Cõtra iniquissimos iudices: ꝛ pessimũ genꝰ hoim: qui iuriste dicunt q̃ tam lucri aut metus odij vel fauorꝫ. Nõ tm̃ cõtra iuris: imo sue mẽtis tramitẽ arbitrant De q̃bus sup dictũ est. c. j. Unde. Christi noie inuocato bone fidei cõstantia firmatꝰ firmit felici moderamine saluo. ꝛ reseruato. Nichilomin⁹ mgroꝝ meoꝝ iudicio taliter dico. Nõ est dubiũ: q̃n obligationũ vincula/etiã iuramẽto firmata. ꝑ predecessoꝛes vniuersitatũ cõtracta ꝑpetuo sint in successoꝛes eiusdẽ vniuersitatis obligatoꝛia: vt de solu. c. j. de vsurꝫ. Tua. Quia idez ꝓpl̃us est hodie/q̃ fuit centũ annis ꝛ vltra in vniuersitate ꝓbligata: vt le. ꝛ no: vij. q. j. Deniq̃. Nec expediret ꝑ successoꝛes hmõi iuramẽta renouare: vt de iure iurꝫ. veritatis. q̃ als sufficient sunt obligati ꝑ iura ꝑdicta. Est aũt vniuersitas ſm Archiꝫ. de vsuris. c. j. li. vj. Loꝛpus aliquoꝝ hoim. Uñ dicit vniuersitas ab vno: eo q̃ in vnitatẽ colligat. Sic vniuersitas scolarũ Bonoñ. ꝛ Ciuiũ alicuiꝰ loci ꝛc. Et est generaliꝰ nomẽ/q̃d sit hec dictio collegiũ. Et plura cõprehendẽs. Nam collegiũ est collectio hoim simul viuentiũ. Et quot hoies collegiũ faciunt: no. x. q. j. c. j. de elec. nullus. ff. ꝑ cuiusq̃ vniuersitatis. l. j. ff. q̃bus. Sed q̃ in dictis cyrographis ſm aliq̃s colli-

gik q modus nõ sit inueniẽdus/p quẽ dicte cõfederatiõis cõuent⁹ veniat dissoluẽdus:ac si dicerẽt.z si casus eueniret:q̃ vtriusq; iuris traditiõi patent obuiaret:aut q̃ clausulas articl'os vel pũcta lre sue vicz cyrographi ꝓncipalis violaret. Nichilomin⁹ hui⁹ cõfederatiõis ligamẽ in sui roborꝫ firmitate ꝑpetuo ꝓmanere dz. Ecce nõne in celũ os ponũt/q̃ singl'os rerũ euentus/q̃ntumcũq; futuros restrĩgere volũt:nec impator regl'am ponere poterit. Quã exceptionẽ pati nõ voluerit.vt ptz.ff.de reg.iurꝫ.ois diffinitio. Et clari⁹ ibidẽ in glo. Nõne scribit q̃ pacto ꝓuatoꝝ iuri cõmuni nõ derogat de foro cõpe. Si diligẽti.cũ ꝓcor. Et iuri cõi caueat q̃ in oi iuramẽto ius supiorꝫ est exceptũ:de iureiur. veniẽtes.cũ ꝓcor. Et iuramẽti cuiuscũq; interꝓtatio Et ꝑsertim in magnis tractatib⁹:vt hic.spectat ad solũ papã.e.ti.veniẽs.z.c.veritatis.z.c.quãto. Nec iuramentũ extendit ad ea de quib⁹ nõ est cogitatũ.eo.ti. Quitauallis. Itẽ q̃ iurat stare mandatꝫ cuiuscũq;:put ꝑsumũt Suitẽses dictos Thuricen.iurasse parere mãdatis cõfederatoꝝ.iuxta tenorẽ litteraꝝ:tñ intelligit nisi de iusto z legittimo mãdato:vt le.z no. de sen.ex.te nore.z in glo.j. Et illud nõ est mãdatũ iustũ:ĩmo multũ est iniquũ:vt q̃s stet iuri coꝝ aduersario suo. Quia dicit lex:q̃ nemo sibi vel suis ius dicere põt.ff.de iurisdic.om.iudi. Qui iurisdictionẽ. Et.C.ne q̃s in sua causa ius sibi dicat.l.vnica. Itẽ caueat in iure.q̃ iuramẽta q̃ prestant hoies hoib⁹.z in b̃ys q̃ respiciunt cõmodũ vtriusq; ptis.sic fit in ꝓtractib⁹ z societatib⁹/hoies se mutuo põt absoluere:vt de iureiur.c.j. Et ita ꝓfederati hmõi se mutuo possent absoluere de hmõi ꝓfederatione ꝫ mentẽ clausule ꝑdicte. Et si ptes iurarẽt se mutuo nunq̃ velle dissoluere. Nichilomin⁹ papa posset:ex cã supueniẽte.vicz si hmõi liga ĩ deteriorẽ partẽ vergerẽt/aut peccatũ generaret:vt notat ibidẽ in glo. Nũc aũt ad q̃stionẽ principalẽ:vtrũ Thuricen.p̃missoꝝ excessiuũ occasiõe possint recedere auc̃tate ꝓpria de dicta ꝓfederatiõe. Et videt q̃ sic. Nã certũ est:qz in cyrographo ꝓncipaliter cautũ.et iuramẽto sigillis vniuersitatũ singularũ firmato patenter videt.q̃ Thuricen.poterant se cõfederare cũ domo ducũ Austrie. Vñ qz de hoc cõfederati certi fuerũt.z hodie sunt.z ipi similia:prout p̃missum est fecerũt. Certionari nõ debebãt:vt in regula iurꝫ.enu.qui.lib.vj. Nam ꝓprie certuz est:illud qõ est clarũ z manifestũ. Et ita sũmit xj.q.iij. Certũ.de here.excõica.j.§.vlt.lib.vj.vij.q.ij.c.vl. Ergo incertũ est obscurũ z nõ manifestũ:put no. Archid.de elec.c.ij.li.vj. Vñ si certũ fuit.q̃ fideliter fuit iuratũ de seruãdo ꝑsentẽ clausulã.ꝫ cõtra fidẽ. Qua nõ tñ huic oppido impiali:ĩmo vniuersali eccl'ie.z xp̃o suo tanq̃ ceteri fideles obligati sunt. Et cõtra iuramentũ prestitũ/hoc glorioſuz oppidũ cũ sibi cohe rentib⁹ iniquissime fuit taliter:put premittit ꝓturbatũ. ¶ Item ponam⁹ q̃ in cyrographis p̃dictis sit lucidissime cautũ. Et pro qualibet cõtrouersia sit coram cõfederatis:aut arbũris per ipsos vel ab ambab⁹ ptibus electis iuri parendũ. Ita tamẽ q̃ suparbiter:in quo stat totũ iudiciũ sit eligẽdus ab ambab⁹ partib⁹:ita vicz q̃ actrix eligat duos:z rea siliter duos.z illi eligant quintũ de vniuersitate ambarũ partiũ/iuxta ꝑdictarũ litterarũ cõdictũ. Sed nollent eligi aliquid de parte aduersa.sic siliter actores. Et ita cõdictũ videt insufficiẽs:qz stat negociũ per infinitũ z indiscussuz.nisi rei eligant de pte aduersa. Et hec electio patent esset iniqua: q̃a sic effectualiter actores essent partes z iudices.qõ nullo iure liceb̃it:prout predictũ est. Et si procederet q̃ absit.ceteri cõfederati possent de hoc impiali oppido Thuricen. Inter loca totius prouincie nobilissimo z antiquissimo:vt patz facere villã priuatã:aut burgũ sine munitiõe:aut muroꝝ tuitiõe.vt ecce. Dicerẽt Suitenses iuxta rudẽ morẽ suũ iudicialiter coꝝ alĩs confederatis aut cõfederatoꝝ deputatꝫ. Hoc oppidũ vicz Thuricen.fortissimũ nobis est in oculis nostris trabs intollerabilis. Et ꝑpetuũ obstaculũ:cũ sit in terrarũ nostraꝝ angulos vniuersos largissimũ trãsitus exitus z introitus hostiũ.p quod nobiles oppido naturalit inimici nr̃i nob iugiter sunt offendiculũ. Et q̃nto fortius/tanto firmius.eozundẽ nobiliũ potenti⁹ conseruatoziũ Unde petim⁹ muros ipius oppidi penit⁹ destrui/fossata quoq; penitus obrui. Siliter menia turres z munitiões ad fundamẽtũ cõsternendo dilaniari Et adinstar Ananicen.Troyane Babylonis Carthaginen.z Herdipolen.ciuitatũ/deuastari. Ad hoc Thuricen.respõdendo ꝓponerẽt:dicẽtes.quia sonat ꝓncipalis cyrographus cõfederatiõis nostre. qõ nos antiq̃s iuribus.et cõsuetudinib⁹/priuilegiis.et prerogatiuis z immunitatib⁹/inuiolabiliter gaudere debem⁹. Vñ nr̃is nõ priuari debem⁹ antiq̃ssimis signis.z insignys ciuilib⁹:put intẽdit cyrographus.q̃ vos iurat⁹/z sigillis vr̃is plene firmat⁹. Ad ℞ replicãdo dicerẽt Suitẽses nõ virtutẽ ac mentẽ.sed nudũ verboꝝ sectantes corticẽ/sensumq; cõfundentes: vt de iureiur.c.j.verũ.in Clem.z inferẽtes.sup hoc coꝝ cõfederatis iudicialiter congregatis petim⁹ iuridicas expedi-

tiones. Ad hoc duplicādo: iterū Thuriceñ. respōderent. hec res iā est iudicata / q̄ in veritate rata semp est habēda: vt de re iudi. Cū int. Et patentibꝫ lr̄is vr̄is plenissime fulcita. Sz Suitē ses sagacit triplicādo ꝓponerēt / sup hoc: interuenīat ꝓfederatoꝝ nr̄oꝝ iuridica ꝛ finalis diffinitā. in loco ad hoc deputato. snīa. Unde ceteri ꝓfederati cū Suitcñ. talit incitati possent extūc si saltē vellēt: put precincti sunt robor̄ potētia / sine fust. bꝫ ꝛ gladīs: ac belloꝝ ꝛ bellatoꝝ plūs / p suā declarationē de hoc oppido nobilissimo facere burgū: aut villā miserabilē / oīm honoris or̄ natu ꝛ municipali pollicito / siue ciuili decore carentē. Et sic ꝑnter sup qualibet pticula aut q̄libet capitulo ipius cyrographi pncipalis posset in infinitū fieri noua cōuētio siue cōtentio. nec cyrographus finē poneret: nec rē in aliq̄ certo termio ꝓstitueret. Et qđ prouisuz fuit ad ꝓcordiā tēderet ad noxā. Cōtra id qđ le. ꝛ no. in. c. licz nōnunq̄ꝫ. xlv. dist. Et qđ pro pietate introductū est: videlicz ꝑ pace ꝛ ppetua ꝓcordia redūdaret in alteri⁹ iniuriam. Cōtra id qđ no. in. c. repbensibilis. de app. de ecc̄. edi. c. ij. ¶ Haz ꝓpter iste cyrographus igit videt tā solēniter introduct⁹: vt in hꝫs q̄ in ipo cōprehēdunt. Nullus de cetero sic ptentiōis scrupulus Sz taliter cōtra cyrographū ꝓcedēdo esset indubitant infinit⁹ maledictiōis euent⁹. Hec est infinietas a iure reprobata: vt plene no. Archid. de rescp. c. ij. li. vj. Uñ dixit Esopus de lupo q̄ causaz quesiuit de riuulo pturbato: vt innocēti noceret agniculo / inquiēs. Sic nocet innocuo nocuus / causamq̄ nocēdi inuenit. hꝫ regnāt q̄libet vbe lupi. Jtē causaz q̄rit q̄ vult recedere ab amico dixit Salomon. Ad ꝓpositū. igit redeūdi / nota q̄ in dict̄ cyrographis cōtinet ex si aliq̄ partiū fuerit rebellis vl̄ ptumax in his q̄ spectāt ad ꝓfederatiōis vinclū. q̄ alia ps ipam inducat sine tñ graui ꝛ crudeli lesione ad obedīētie bonū. Et q̄ crudelit Switenses cū suratibꝫ ꝫ capitula ꝛ articlos in ꝓfederatiōis lr̄a comꝑhensas fide ꝛ iuramētis multiplr̄ firmatas excesserūt. patz ex p̄missis. q̄re mihi videt q̄ dicti Thuriceñ. auctate iuris cōmunis. Et iā ꝓmulgate patent iuridice declaratiōis fuit / si saltē volūt a dicto ꝓfederatiōis vinclo penit⁹ absoluti: vt clarissime patz in. c. quenit. ij. de iureiur. Sūptū ex registro Greg. pape. qđ ꝓpter tāgit hystoriā cause iuxta Bernhar. in casibꝫ suis / mote q̄ndā int regē Francie ex vna. Et regē Anglie partibꝫ ex altera sententialit diffinite. Concor. Bar. Brix. in Brocardū. lvj. q̄ allegat ad hꝫ pñs. c. quenit. ij. et de reli. domi. pstitut⁹. de diuor. significastī. xxv. dis. esto subiectus. de adult. intellexim⁹. xxij. q. vj. Nihil iniqu⁹. C. de trās. Si q̄s maior. de muti. peti. c. j. Et. xxij. q. j. no li. Allegat etiā in cōtrariū tres text⁹ qui nihil faciūt ad ꝓpositū. Huic opiniōi Jo. an. in nouella sup dicto. c. quenit. multū solerter loquentē nō inuenim⁹ cōtrariū. Jdē Juno. ibidē notanter dicit ꝓcordādo p textū iā dictū. Et notant dicit Jo. an. in fine dicti. c. Innocēs ꝙ dicit fidez seruandā nō seruāti ꝛc̄. Et ego dico q̄ innocēs etiā vim vi nō repellit. Et si faceret nō peccaret de resti. spo. olim / cū ꝓcor. Exemplū vidim⁹ in xpo ꝛ Stephano ꝛ multꝫ sctis martyribꝫ. Nā si Thuriceñ. essent spū sctō referti: put Thebeoꝝ milites ꝛ martyres / indiciū nō quererēt. Sz eorundē exēplo patient offensas sufferētes psisterēt. vt de ipis diceret. Bti q̄ psecutionē patiūtur ꝓpter iusticiā Hath. v. Sed aio in pscientia bona / ꝛ fide nō ficta. j. ad Thi. j. Pugna ꝑ patria. de q̄ sup̄. c. xxx. clarissima ꝓcepisti documēta. Uñ dicit regula iuris. lib. vj. frustra aliqs fidē postulat ab eo seruari: cui fidē a se prestitā seruare recusat. Et ibi videas diuū ꝓpter de materia loq̄ntez. Et Jo. an. in Mercurz. ibidē. Et si placz. vide de elec. Cū int. xij. ꝛ in glosa. Sz nōne. Et vide. l. Si q̄s accepto. ff. de pdi. cā. da. cā. nō seruata. Et. l. si miles. c. ti. sed nota q̄ in dicto. c. quenit. Heinr. Bohic potī vnā distinctionē in effectū ꝓnentē. si ī vna ꝓte vl̄ ꝓticula cōtract⁹ est violat⁹ / p fidē quondā firmat⁹ q̄ in illa ꝓte fides posset violari. Illꝫs illele ꝓmanēti bus. Allegat. l. Marit⁹. C. de dona. int vi. ꝛ vxo. q̄ vult q̄ sepatoꝝ sepata dz esse ratio. ꝓcor. de elec. Si ꝓfirmationē. ꝛ. c. si eo tpe. de pbēn. qz sepe. li. vj. sed clari⁹ de rescp. edoceri. de ꝓbil. cuz capella. Sz ꝓpendo iura p ipm allegata / ꝛ ipsoꝝ rōnes. tūc ꝫ tā clarū textū ꝛ rotundū. vicz. c. quenit. ij. nō vident efficaces. Als Jo. an. siliter posuisset Hā in pñti casu foret impossibile q̄ sup vno articulo siue capitlo cyrographi / esset cōfederatio. ꝛ in ceterꝫ esset dissolutio. Jura aūt adaptant ad ea que cōpetentius fieri possunt / ꝛ min⁹ competēs. et nullū esse / idē valent: vt le. ꝛ no. in. c. Tue. de cle. nō resist. tanq̄ꝫ nihil ꝛ inutili: vt ibidē no. Unde competent dicam⁹ aut totū aut nihil: vt le. ꝛ no. de con. dist. ij: Comperim⁹. de peñ. dis. iij. §. sunt plures: put dixit poeta Larga dei pietas veniā nō dimidiabit: aut nihil aut totū te lachrimāte dabit. Sic in ꝓposito / ꝛ maxime ex eo: qz oīm articuloꝝ in cyrographo comꝑhensoꝝ sit quasi indissolubilis cōcathenatio. vnde Jn vno reus / omniū est reus: vt in regla iuris defleat. Et semel malus semp

ꝑsumit esse malus. Regla iuris in.vj. z semel piurus semp periurus: z semp infamis: z semp infidelis: hoc est q ꝑpetuo sibi fidem nō adhibebit iudex. vel pars fidelis vel alius quicūq; si voluerit. de testi. testimoniū. z. vj. q. ij. infames. Item inimico recōciliato non est credēdum ineternū: z in ipsius saltē mortalis hostis reconciliatiōe magnū vertit periculū. Unde cautius est agendum. de elec. vbi periculū. lib. vj. Et q nulla peior pestis ad nocendū q familiaris vel domesticus inimicus. Boe. iij. de cō. psa. v. in fine. z no. in. c. z si Judas. de iudeis: z talis fuit Judas scarioth z cubicularis Alexandri magni: z plures alij. de quib. s. Q aūt ex cōfidentia letalis inimici periculū oriat tripliciter ostendit. vicz ratione z auctoritate z exemplo: ꝓbat primo rōne: quia quēadmodū antiqua amicicia p lōgam consuetudinē quasi lapis pollitus clarus efficitur ita ira inueterata odium generat: z odium inueteratū a deo in naturā vertitur q in inimicū antiquū nunq; per aliquē sincere sperat: hoc philosophica auctoritate ꝓbatur: qua cauetur q cōsuetudo est altera natura. Etbi. vij. Et Ypocras dicit Consuetudo mutat cōplexionem: z de hoc dictū est. s. c. v. de virgine nutrita veneno. Scōo ꝓbatur auctoritate vicz Salomonis. Eccī. xij. Non credas inimico ineternū: sicut em̄ eramentū eruginat nequitia illius z humiliatus vadat curuus abij ce animū tuum: z custodi te ab illo. Et ad ꝓpositū nostrum ꝓsequere illud. c. vsq; in finē suum. Et Phus Polit. vij. inimicū q̄uis humiliatū docti est metuere. Tercio ꝓbatur exēplo qō narrat Augustin⁹ in lib. de ciuitate dei. de quodā patrefamilias qui serpentē nutriuerat quē finxit dixisse: quia dum video honorem meū z pulchritudinem meā vicz caudam diuerso colore decoratā z a te precisam Certe nunq; tibi parcam z saltabor sanguine tuo p vindictā. Nōne scis q dicit sapiētis auctoritas. Eccī. xij. In ocul' tuis lacrimabit inimicus z quasi adiuuans suffodiet plantas tuas caput suū mouebit z plaudat manu: z multa susurrās cōmutabit vultū suum. hec ille. Quando aūt sit confidendū de amico recōciliato ꝓ z cōtra. plene videbis infra. c. primo. de rustico cum nobili penitus simplicit et de plano rōnabiliter reconciliato. Nunc ad ꝓpositum nostrū redeundo. Et de cōfederatorū ratione dicte ꝓfederatiōis notanter iuramento notabis cōsueto. Nam singula singuli iurant p singulas vniuersitates quolibet decēnio ad puram ꝓseruationē oim z singulorū capitulorū et articulorū z punctorū in supradicto cirographo comprehensorū. Et quis dubitat quin singulares de qualibet cōmunitate hmōi ꝓfederationis iuramentū singlariter ligati. z siquis ꝓtra fecerit manifesto se p iurij vicio maculat. Unde canonib⁹ omissis qui largissime loquuntur de iuramentorū vinculis dicit lex impialis. qui sibi p iuramentū necessitatē imposuit illud seruabit. ff. qui sat̄. da. co. l. Si fideiussor. §. j. ff. de distrac. pig. Si creditor. §. fi. Item licet pastisti z iurare via tū non debet p iurū aperire. ff. ad. l. Jul. repen. l. fi. C. de Judit vidu. l. ij. z vinculum indissolubile ꝓstitui licet qō ꝑpetuo obseruet. C. si manci. ita fuit alie. vt manu mittat. l. penult. z dicit glo. ij. insti. de obligatōib⁹: vt em̄ boues visibilit funib⁹ sic hoīes verbis ligant intellectualit p accurs. Unde vbi ꝑba ligāt homīes thauroꝝ cornua funes Ecce quō gl̄iosissime legū auctoritas fidei iuramentorūq; volunt seruari solēnitates. Constat aūt q si singli de vniuersitate olim iurauerūt ꝓ se z successorib⁹ coꝝ. successores obligant: sed si ꝓtrauenerint non sunt piuri: vt le. z no. de iureiur. veritatis: z est questio dūcalis. xxxvij. z frater Asceñ. lib. j. ti. xix. ij. pone q vniuersitas: z ne fidei vel iuramēti fractor de malicia sua comodū reportet vt de eo qui dux in vx. c. j. cum ꝓcor. sic penā talionis legalit inferam⁹ quā Moyses inuenit Deut. c. xix. in fine. z. xiij. q. j. qō debet: z vt puniat quis in eo in quo deliquit. de elec. puide. lib. vj. cū ꝓcor. Nam in veritate pena videt: z suitensiū vniuersitas in hoc puniri cū suis complicib⁹ patenter ꝓcernit: si Thuricensiū cōmunitas tam violenter z crudelissime lesa ab ipsorum ꝓsortio dissoluit. Ratio: qz oppidum Thuriceñ. eorūdem suitensiū z suatū fuit fortaliciū patēter fortissimū: imo menia murus z turris fortitudis ꝓtra quorūcunq; potentiā z rabidas insultus oim nobiliū qui semp eorundē fuerāt interne naturalisq; radicis⁹ hostilitatis armamentū. Posito aūt q in p̄missa fidei fractōis questiōe plures z diuerse doctorū mgr̄orum mq; forent opiniones qō possibile est: qz q̄t capita tot sensus. de ꝓcess. ꝑben. Quia diuersitatem extunc licebit cuilibz dicere seruare tenere similit z sentētiare: sm illū qui saniores vtrorūq; iurū rimauerit aut ruminauerint rōnes: vt no. de consti. ne innitat̄. xxxiij. di. fraternitatis. in glo. fi. xxj. q. ij. in summa. xvij. q. j. c. fi. z. q. ij. c. j. in glo. q̄ incipit alibi. Et h̄ plenissime declarat Johs. in summa ꝓcess. lib. iij. ti. xxxij. q. xvij. Rusticus. Et sic silr si saltē vsus fuero vtriusq; iuris rōnib⁹ dicere possum qō volo: sed his non obstātib⁹: est ne modus

securior illo exquo tantarū gentium vniuersitates nollent credere homīs simplicis simplicissimo quibuscūqꝫ iuribꝫ ful cite narrationis eloquio. **Nobilis.** Quis dubitat si superoganter ꝛ ad obstruendū ora loquentiū iniqua: ꝛ q̄ nemini nocet opponat̄ supabundans cautela: vt. C. de testa. l. testamenta. vniuersitas Thuricen̄. summi pōtificꝫ aut consilij generalis cum gestorū fideli veridica quoqꝫ narratiōe clemēter ꝛ humiliter inuocaret auctoritatē oīm ꝛ singulor vniuersitatis sue iuramentorū ꝓ dicta ꝓfederatione qualitercunqꝫ conseruāda prestitorū puram ꝛ sincerā p orbem penitus indubitatā obtineret relaxationem. Nam dicit impator in auctentica. de nup. §. nuptias. coll'. iij. Oīne qđ ligatur solubile est. ꝛ glo. ibidem. nec mirꝫ. Cum oīs noster status sub ꝑpetuo motu ꝓsistat allegat ad hoc auctoritate. de nō alie. aut p mutā. rebꝫ. §. vt aūt lex. coll'. ij. Et q̄ tante auctoritat̄ ꝛ potestatis pleni tudo sit apd̄ summū pōtificem sufficient colligit̄. s. c. xxiij. Sed de ꝓsilio generali. vide Jobez an. in. c. significauit. de elec. ꝛ pleni? Panormitanū i suo tractatlo de ꝓsilijs i Senis cōpositū. **Rusticus.** Constat mihi sufficient ex p̄missis ꝛ insup quorūdam veridica relationis declaratione. qđ vtiqꝫ suitēses cum cōplicibꝫ p̄notatis Thuricensibꝫ enormissima satis violent intulerūt dāpna in corporibꝫ rebus bonis ꝛ possessionibꝫ: ꝛ si ius ad bellandū nō habebant. de quo dictū est. s. c. xxx. ꝗ. Questio larga: ꝛ ꝓsumpti vitam suā taliter terminarūt in inferno vbi nulla est redemptio nisi penitentia preuenti reatū cognouerunt: ꝛ ablata restituerint igne gehennali ꝑpetua corrosione corrodent̄ ꝛ corrosionis ꝓsumatione mihi me ꝓsument̄. Credo tñ q̄ hij qui taliū factor ꝛ gestorū ꝛ actor iuris ignari sunt: ꝛ p ignorātiam ꝛ obedientiā talia ꝑpetrarūt. q̄ apd̄ illum qui nouit abyssum ꝛ cor hoīs inuestigat ꝛ nouit omnē scientiā ꝛ a quo non abscondit vllus sermo. Ecēi. xlij. c. Omnē iuris euadat strictissimam scripti penā: ꝛ insup infernor tristissimā maledictionē. Nam ꝛ x̄pus dixit put p̄notasti Luc̄. xxij. Pater dimitte illis q̄ nesciūt quid faciunt: ꝛ lex vult put predictū est. s. c. ij. q. ipsi tanqꝫ rustici licet fortassis grossiores sint iura scire nō tenent̄. ff. de iurꝫ. ꝛ facti ignorātia. l. regla et iurīū ignorantia ipsos excusat. viij. di. cōsuetudo. de con. di. ij. scriptū. ff. de iurꝫ. ꝛ fac. igno. l. in oīi parte. §. j. ꝛ nullū crimen maculat nescientē: vt notabilit̄ scribit̄. j. q. j. c. iij. ꝛ maxime ex eo: q̄ ex obedientia fecerūt ꝛ mandato spēali suorum prefector. Nam dicit lex nō potuit dolo carere non parens imperio magistratus. ff. Si quis ius di. non obtemperauit. l. vna. **Nobilis.** Scias ꝓ certo. q̄ hos nec ignorantie nec obedientie p̄sumptionis ornat? excusat a tam enormissimi peccati ꝓtagione. Nam quantūcunqꝫ quis simplex videtur potest tñ habere copiā peritor in qualibꝫ mētis ꝑplexitate: ꝛ ideo nō excusat̄: vt in dic. l. regula. vl'sua prudentia facile potuit illud scire: vt. C. de inge. manu. l. iij. ff. qui is ordo. in bo. poss. in bonorum. l. ij. Nam illi excusati non sunt qui sunt in finibus terre: et in insulis que procul sunt ad quos apostolorum predicationes nō peruenerunt: vt le. ꝛ no. xxxviij. dist. §. j. et. sup̄. c. xxviij. de insulis nouiter inuent̄. ꝗ. Questioni aūt dignum: ꝛ in malis obediendum non est prelato domino vel prefecto. de quo plene de temp. or. ad aures. in glo. ij. Nam etiam p nullo bono malū est faciendū: vt vicꝫ p bono obedientie ad malū est obediendū. ne cle. vel mo. Magnopē de vsurꝫ. sup̄ co. j. q. j. non est putand?. cū ꝓcor. nec ꝑdet alicui ignorare qđ potuit scire p se vel p aliū. lxxxiij. di. c. j. ꝛ in glo. ij. ꝛ mercurialem sup regla. q̄ quis mandato. libꝫ. vj. ꝗ. ter **Rusticus** Sed qr ꝓstat inimicos Thuricensiū ibidem clero silr ꝛ ꝑplo iniuricio sic. as ꝛ dāpna miserabilit intulisse: ꝛ maxime clex ibidē crudelit damnificasse: vt cōparet p singl'os dies ꝛ horas in monasterior ꝛ eccliar collegiatar ꝛ prochialium: ꝛ cenobior: ꝛ capellar ꝛ oratorior igne ꝓsumptor refectione: necnō in suar vinearū restauratiōe: in domor reedificatiōe: in possessionū recupatione: in grauissimor debitorū accumulatione: ꝛ in importunior creditorū inuestatione: vt vociferando p̄ labore tanqꝫ filij isr̄l in egipto: vt Exo. iij. Et dicant cū lamentatiōe suspirādo hoc malū habem? de suitensibꝫ. put matutinū de iudeor gentibꝫ. Nam si suitenses tanta nobis dampna non intulissent: ꝛ iudei x̄pm nō hora noctis: sed luce meridiana captiuassent isti de magnar declarationū angustia: et illi vicꝫ iudei a noctis inquietudie nos ꝑpetuo liberassent. Unde videt̄ clericis ꝛ ciuibꝫ Thuricen̄. impossibile tantos dei ꝛ hoīm inimicos posse diligere: aut fauore fraterno sibi tales corcialiter colligere. Scriptum est em̄ Diliges amicū tuum: ꝛ odio habeb̄ inimicū tuū. Leuit. xix. et. xxv. ꝛ Matt̄. v. ꝛ xxiij. q. iij. cum in lege: ꝛ singuli clamitare compelluntur. Ach miser crucior tantum bonum esse ereptum de faucibus meis. xxij. q. j. §. Quilibet autem.

Nobilis. Tu.s.c.xxxj.ꝑ.vbi dixisti cē.sufficienꝫ ꝓ te declarādo ꝓtulisti:z quō z qualiꝫ offensozibꝫ nr̄is sit parcendū summati enerualsti: z illis sincere ꝓpensis congrue sequiꝫ quō inimici nostri sint diligēdi: z ꝓsiderabis primū qꝫ iudeos non debem⁹ ꝑsequi sed Sarracenos z Paganos.vt.xxiij.q.viij.dispar. z iudei z sarraceni ꝓximi nostri sūt: vt de peni.di.ij.§.nōnulli:z ibidez clarius in glo. Unde de his z oīmibꝫ homibꝫ scriptū est. Diligite inimicos vr̄os: z benefacite his q̄ oderūt vos: z orate ꝓ his qui vos ꝑsequūtur z calūpniant. Matt.v. Luc.vj.xxiij.q.iij.§.ex his.z.c. cuz in lege. z.c.ea vindicta.xxiij.q.iij.§.sed ad huc. Itē si esurierit inimic⁹ tu⁹ ciba illū:si sitit potū da illi. Ad Ro.xij.xxiij.q.j.§.ex his oīb⁹: ex his et alijs sūmati colligūt doctozes qꝫ ī inimico debem⁹ odire inimiciciā z rancozē quē habet ad nos:qz illa sūt sibi pctā:z mala z sunt ꝟ deū:sz naturā ei⁹ debem⁹ diligere.i. aniaz z corp⁹: z sic faciēdo iplem⁹ in vno hoīe.ℬ antiqs dictū.,put p̄misim⁹. Diliges amicū.z odio habeb ̄inimicū tuū.,put xp̄us p se allegauit. Mat.v.iplem⁹ q̄dē nō ſm intellectū carnale z erroneū iudeorū.de q̄ dictū fuit:sz iplem⁹ ad vez z catholicū intellectū. Nā in vno z eodē hoīe malo ꝓximū habem⁹ z inimicū: qz ſm qꝫ hō ꝓxim⁹ noster est: sed ſm qꝫ mal⁹ nō solū noster:sed z si inimic⁹ est. diligam⁹ ergo in eo z animā z corp⁹ ℬ est diligere ꝓximū quē deus fecit: z odio habem⁹ maliciā eius quā ipso ꝑsentiēte diabol⁹ intromisit. de hoc Augustin⁹ loquēs de regla hec est: vt oderim⁹ inimicū xp̄i id qō in eo malū.i. iniquitatē z diligam⁹ inimicū xp̄i qō in eo bonū est .i.rōnabilē creaturā. de q̄ dilectionis norma pulcbriter scribit Greg. Hozal.xxij.c.x. dū dicit Sed sciendum est. qꝫ inimici dilectio tūc veraciter custodit: cū nec de ꝓuentu adūcimur nec de ruina illius letamur. Nam sepe in dilectiōis imagine erga inimicū anim⁹ fallit seqz hūc diligere estimat si eius vite ꝓtrarius existat: sed dilectiōis vim occulte z veracit aut ꝓuect⁹ inimici aut casus interzogat.z.j. Et inter hec sciendū est: quia euenire plerūqz solet:vt non amissa caritate z inimici ruina nos letificet:z rursum eius glia sine inuidie culpa ꝓtristet: cum z ruente eo quosdā bene erigi credim⁹:z pficiente illo plerosqz iniuste oppzimi formidem⁹ z cē.hec ille. Hanc ibidem materiā ꝓsequere si placet vsqz ad finē.c.z.c.seqnt. z Tho. in summa.scda scde q.xxv.ar.viij. z.ix. Jtez.q.xxvij.ar.vij.z in scriptz sup Sen.di.xxx.q.j.z.iij.z si tales tāget tozmentū malicie qui suos ꝓsecutozes nō dilexerūt quo putas tozmēto tangent hmōi ꝓsecutozes qui dāpna nequiꝫ intulerūt:z non refuserūt: z nibilomin⁹ inimici ꝓstiterūt:nec recōciliari deo nec homibꝫ curauerunt: z bij sunt xp̄ie sutensiū gentes in sue maledictiōs ꝓtinatia nūc z semper perseuerantes. **Rusticus.** Sed qualiꝫ natura titubantes hos vt ꝓmittiꝫ diligā dur⁹ est sermo qui pōt eum audire:vt Jobis.vj.vbi discipuli dñi leniori sunt ꝓterriti colloquio:z quō talem ꝑsequar amore fraterno quē cum ꝑspexero:vt Joseph visis fratribꝫ suis in egipto olim suis ꝓsecutozibꝫ cōmota sunt oīa viscera sua in regali palacio.Beñ.xliij. z cozdintime ruminauero qꝫ hic me patre crudeliter ozbauit.matrē depauauit frēs occidit:cōsanguineos ꝓstrauit:cōciues necauit:habitacla cremauit:possessiones euacuauit: culturas nemozauit: hic victū abstulit:fructꝫ deuastauit:terrā sterilizauit: z ꝓpetuis anxietatibꝫ me ꝓuoluit.Quē dum intueoz cū tremoze ꝓcutiunt viscera cū frangoze quassant membza cum palloze Belizat coz cū frendoze:singultat guttur cū stridoze: os ossitat cū palozc:lingua balbuciat cum liuoze: z corpus creticat cū sudoze.Scis aūt vt prędixi.Qō natura negat nemo felicit audet: z Salomō ,put.j.dicet.c.,pxio. de inimici etiā recōciliati cōtione diligent q̄ scere iubet:vt Ecci.xij.Quis igit natura talit reluctāte inimicū diligere rōnabilit ꝑsuadere.

Nobilis. Jsq̄ naturā oīs creature de nibilo creauit talit ,put p̄dixim⁹ fieri patent mādauit:z ad impossibilia ,put z lex canonica: vt ptz de pactz.c.vlt.cū ꝓoz.neminē restrigit:z ea q̄ docuit nō sol⁹ sed hoies naturalit degētes talit in paciētia:imo multū tribuloza pficiētes ꝓpetrauit. Uñ dixit Paul⁹ Fidel aūt de⁹ est q̄ non patiet vos tēptari sup id qō ferre potestz sz faciet cū temptatiōe etiā ,puentū:vt possitz sustinere.j.ad Coz.x. Qō pulcberrime ꝑseqt Greg.Hozal. **Rustic⁹** Dicit Cassiodozus qꝫ virtutū gesta narrare est laudare:z qs dubitat qn vicioz rabie ꝓ acta ꝓpalare sit laudis ꝟiū refricare lassat⁹ p̄missoz relatiōis ꝓtinuatiōe delectaret vticz noua saturari recitatione: dic q̄so dum nobil⁹ loc⁹ sua vetustate laudādus vicz impiale castrū Thuriceñ.talit vt refers nup suitēsiū z suatū fuerat ꝓteruia q̄ssatū:circumfallatū:z castris z castinētatiōibꝫ tantaꝫ gentiū vndiqz angustiatū Quid ad ℬ ceteri supioris alamanie ciuitatū impialiū potentat⁹ sibi tanqz filijs impij ꝓfratribꝫ obsidione plijs z guerris ꝓtinuo ꝓuoluꝫ pegerūt. Nōne qm̄ quōdam consolatiōis socij nunc tribulatis magna legalitate ꝓut tenebantur compassi fuerunt.

Nobil. Ach vero nequaq̃. **Rustic⁹** Ach doleꝫ animi ꝓfagiũ: vt plene videaꝫ notatũ. xiij. q. j. §. Quibꝫ aũt Adquid aũt hmõi ꝓponis lamẽtationis oraculum. **Nobil.** Sane ꝑpendas vt sincer⁹ intelligas Oĩes supiores alamanie ciuitatẽses impio de iure subiecti ꝑter ciues Constañ. tribulãtibꝫ ꝛ nõ tributis ꝓtinuo subsidia ꝓstarũt. ꝓ illꝫs ꝓfortarũt. auxilꝫs instaurarũt: imo auꝝ ꝛ argentũ ꝛ oĩm metallorꝫ genera: ꝛ offensionis instrumẽta oportuna q̃z minere matericq̃ quarũcq̃ fulcita mẽta largit cõicarunt. put de his ꝛ alꝫs dicti Thuricẽses doleter passionati frequẽter certificati fuerũt: ſz audi ꝛ vide gesta, put de⁹ vltionũ dñs in sue maiestaꝫ throno ꝑdestinauerat merito ꝑpetuo mẽorit scripturꝫ cõmendãda: ecce ciuitatẽses ꝑdicti ĩ generose nobilitaꝫ ꝓcẽptũ ꝑmissa q̃daꝫ sagaci fallacia mꝫto ꝓcurẽti ꝓsilio machiati dispositi: ꝛ ꝑ ß radices germis generose nobilitaꝫ: imo ꝓncipes generositaꝫ tũ semie suo: ꝛ ꝓfederatoꝝ suitẽsiũ ꝑdictoꝝ munimie supmere fundit⁹ ꝛ fũdamẽta dissipare decreuerũt. Hũc ꝑpende palã q̃d de anno dñi. Mcccclxix et seq̃ntibꝫ ꝛ ꝑsertim in iubileo nobilitaꝫ apices ꝑdicti ꝓtra ciuitatẽses attẽptarunt: ꝛ in attemptatis laudabiliter bellando. certando. ꝓeliãdo similiter ꝛ pugnãdo cõmendabiliter ꝓfecerũt et experient huiusmodi ciuitatenses foueas q̃s fecerant insidiãdo ꝑcipitanter incidere disposuert: imo vidim⁹ q̃ ĩ ß plio ciuitatẽses felicitaꝫ ꝛ fecũditaꝫ glia penit⁹ caruert ꝛ vna cũ ipsis gregatĩ mꝫtiplicit pemptꝫ pleriq̃ suitẽses: ꝛ vltra ꝑiciores ĩ armis robustiores ĩ vnis exq̃sitores ĩ psonis ĩ ciuitatẽsiũ defensiõe directi nobiliũ manibꝫ potent sũt sil⁹ ꝛ segregatĩ pempti. De hꝫs aũt gestꝫ decetero ß i libro scribẽdi decreuim⁹ q̃escendũ: ꝛ alꝫs ad ß habilibꝫ vices duximus cõ- **Rusticus.** Sũ mẽor etem q. ß. c. xxj. mentõis elogiũ patẽt feciſti. ỏ q̃rundã mittendũ. ciuitatẽsiũ ꝓtubernio imo sil⁹ ꝛ spẽalit videt facta notabil⁹ de eodẽ satirice dictamis collatio rogo fac vt fiat sũ **Nobil.** Sincero moueꝫ motiuo ꝛ igit vnũ marie recapitulatõis ꝛ intꝑositiõis ꝓclusio. singlare tibi fidelit ꝛ supficialit refe rendũ ꝓpalare nõ omitto. Hã dudũ añ reuolutões ãnoꝝ q̃nq̃z dũ libꝛũ pũtez ad nobilitaꝫ gloriã tãto. put dñs dederat studio duxi ꝓponendũ ĩ dicto ꝑ te recitato capitlo scripsi i rubꝛo de q̃rundã hoꝛz ꝛ locoꝝ nobilitaꝫ suꝑpressiõe: ꝛ ipoꝝ reuoluẽda restauratiõe: ꝛ ibidẽ palã deduxi rusticos ad rusticoꝝ statiões ꝛ loca sil⁹ ꝛ rura ꝓuenient retorq̃ndos: nobiles ꝓ sil⁹ ꝛ nobiliũ mãsiões ad nobilitaꝫ immunitatẽ felicit reuersuros: ꝛ tũc ego sigñt ꝑpẽdebã. q̃ ciuitates alamanie supiorꝫ ipiales sũma gaudebãt paꝫ trãq̃llitate oĩm q̃z tpaliũ abũdant latitudie ꝛ hũanal⁹ potẽtat⁹ iocũda celsitudie ac nõ ẽreri cuiuscũq̃ ꝓncipat⁹ ãplitudie. Nihilomin⁹ tñ tãq̃z fates diuinãdo certꝫ exẽplis rem futurꝫ ꝓtinentẽ tpibꝫ solert demõstrãdo ꝛ int mꝫta notabilit de noĩata, ptũc ingẽtꝫ fame attñ radicalit necnõ naturalit rusticalia nobilitati generose ꝛ nobiliũ q̃ndã terꝫ locꝫ ẽmis ꝛ passibꝫ violent dñantia ad naturã suã demũ facilit reuertẽtia int illa tñ ꝓncipalit specificãdo noĩati villas ỏscripsi vicz vlmẽsiũ. nurẽburgeñ. ꝛ berneñ. q̃ ꝑ ceterꝫ ĩ plaga nr̃a nobilitaꝫ generose ifinita locoꝝ stigmata: imo diuersa nobiliũ stemata sibi satꝫarrogãt subiugart: ꝛ ꝑ suos ꝓuicaneos. ꝓ ciues. burgeñ. ꝛ ꝓtubernios possideri castra castellaq̃ fecert ecce aspicies a lõge q̃d fiat ꝛ si tue sagacitaꝫ iduſtria ꝑdicti ꝑ extẽsũ capitli ꝓcitamẽta radicit⁹ ꝑpẽdebat series q̃ꝝ scripturaꝝ rõmibꝫ figurꝫ exẽplis legibꝫ ritibꝫ ꝛ obꝰnãtia cõi fulcitas ꝓspicacit rumĩabat extũc reꝝ natura cũ ꝑ ceterꝫ q̃d fiat ỏ futurꝫ necitaꝫ q̃dãmõ moderamie ꝓnter cogẽte di- **Rustic⁹** Lõstat q̃ ỏt ꝓßs q̃ corruptio vni⁹ ẽ gñatio alteri⁹, ꝛ ecõtra. sic fortasctabat. sis ỏ nobilitaꝫ ꝓtese mꝫtipli ꝑ me patẽt q̃z vilit detestate noua q̃dã re creatõe gñat rusticitaꝫ nr̃e suppssiõ cũ ãxietate. Hã le. ꝛ no. i clem. cupiẽtes ỏ penis. q̃ ꝓria ꝓ- rijs purgãt, put ẽre siccitas dulcissima purgat ibriũ diffusiõe sic orꝫ loq̃citas purgat subiectõnis bũilitat. et ãbitiõis magnimitas suppssiõis correptõe ꝛ mali regimis iniq̃tas deg̃datiõis emẽdatõe ꝛ iepte dñatõis crudelitas potẽtiorꝫ recuruatõe sic Assur ret assirioꝝ ꝓ filios isr̃l fuit virga furorꝫ dñi cũ crudelitate Isa. x. ꝛ igit si ciuitatẽsiũ burgẽsiũ plebeoꝝ ꝛ ruraliũ in locꝫ sacro ipio subiectꝫ alamanie supiorꝫ potẽtat⁹ videbat nimis exaltat⁹ sup oẽs celos. i. speras emi sperꝝ regiõis generose nobilitaꝫ ẽrene ꝛ nimis exaltat⁹ ꝓncipat⁹ eoꝝ pie credẽdũ videt. q̃ orb stelliferi pol⁹: ꝛ influẽtie supiorꝫ diuti⁹ nõ patiant: ꝛ vt res reuertat ad naturã suã, put ꝓrime trãsactꝫ tpibꝫ fuit ꝑ foribꝫ toti⁹ mũdi machia ꝛ sidex exprient moliunt mot⁹. Nam in veritate put est publicũ ꝛ notoriũ supeminẽtis ipsorũ sublimitas elatiõis videt curuata. ac ad hũilitatis scabellũ videt collocata: ꝛ hoc notabil⁹ ꝑ quattuoꝛ terre ꝓncipũ cum coherentibꝫ vicz Alberti Marchionis Brandenburgeñ. Jacobi Marchionis Badeñ. ꝛ Ludowici comitis wirtenbergeñ. Et incidenter Alberti ducis Austrie viuaceñ. latissimã quoq̃ dominationem.

Et licet segregatim Nurenbergen. z Ulmen. tangz principaliores: z exinde correlarie seducti plerūqz sequaces in cōtemptus augmentū nobilitati crudelius infligēdum cum dicti ciuitaten. loca presertim sacratissima p generose nobilitatis stēmata concernunt quōdam fore fundata. Et igit adinstar suitensiū sup in presenti capitlo descriptorū infinitas dei domos cōsecratas: z ad diuinū iugiter cultū p huiusmodi nobilitatis apices fundatas. videlicz glorioſa monasteria cenobia preposituras p̄laturas: necnō eccl'ias collegiatas z prochiales ac capellas z oratoria cum clericorū habitaculis ignis voragine seueriſſima consumarūt: sed frequenter p nos sup cum ea qua decuit deuotiōis reuerentia. deus vltionū dominus talionis penas tales ciuitatenses reportarūt: z quemadmodū suitenses cum cōplicib retributionis talentū in sinū suum reposuerunt: vt ptz. Nam huiusmodi locorū incendiarios principales z consequenter alios ad plures millenarios framee feroces nobiliū deuorarūt: z q demū conclusiue ciuitaten. huiusmodi ad dominū clamauerunt: z vix liberauit eos z finaliter pacem z cōcordiam lamentabiliter per ipsos desideratas ad nutum z voluntatis optatū eorundem principum dicti ciuitatēses cum ingenti dampnorū calamitate cū derisionis subsannatiōe gemētes reportarunt: que quidem concordia cum leticie ꝓsodia p omniū campanarū totius ciuitatis Constañ. die mensis Julij Anno iubileo iubilanter vicz. Mcccc l. fuit altisonanter intonata. Sed his penitus dimissis: vt etiā ceteris historiarū ac rerum gestarū scriptoribꝫ moueat locus largissime collatiōis: z ne nimietas vertat in tabescentis viciū corrosionis cessemus vatigati de tam protelate patentia. **Nobilis.** Placet: quia cōstat. q iudicia dñi vera iustificata in semetipsa. desiderabilia super aurū z lapidem preciosum multū. in qua cuncta gaudent purificāda fac igitur diligentiā tibi cōscriptam: vt ad rugientis stomachi sitientis quoqz palatus gaudeam⁹ refocillationē: z ad nunc derelicte put supra premissuz est in themate cōcionis nostre redeamus sodalitatē. Et scias q nec huius finis habebis intellectus informationē nisi thematis iamdicte purā in mente rumines recapitulationē: z ita transeamus ad finalis capituli sincerā ꝓlationis intimationem.

De militis z rustici de quibus fit mentio in theꝫ

mate ꝓtentiōis plena concordia z reconciliatōis forma. Caplm. xxxiij. Ait rusticus.

Frequenter nouisti: quid dixit ꝓpheta. Ps. cxliij. dū innuit Tāge mōtes z fumigabūt: z ideo q stimulat indomitas paledras ẽm Plinīū recalcitrabunt studiose egisti: qō rectū erat: z placebat in oc'lis meis: z oīa que latēbāt in corde meo ꝓpalasti: ita locut⁹ est dñs ad Dien regē quando destruxerat ydolum Baal z cultores eius. iij. Reg. x. z notas mihi fecisti vias vite mee. Ps. xv. Tu scis improperiū meum z ꝓfusionē meam z reuerentiā meam. Ps. lxviij. Et mihi ꝓstat. q ceterꝫ animātib sese ignorare natura est boīb ex vicio. vt dicit Boe. ij. de cō. ꝓsa. v. z Bern. in meditatiōib. in prin. Multi multa sciūt: z seipsos nesciūt alios inspiciūt. et seipsos deserūt. egregiū membrū esset oculus si seipsaz videret: nihil em̄ bene videt: qui seipm nō videt. Quis nā mei nō ego p certo noticiā mihi tradidisset: sed nobilitatē offendēdo causaz et merito dedi vt mōtes fumigarēt: z puocatiōis nubes corruscatiōes imbres ꝓducerent z grādines correptiōis ingruerēt: z nisi vitas meas z meoꝝ conruraliū tua legalitas tam signāter plegeret: z ecōtra neruos inertis pretensecꝫ nobilitatis quorundā notant tangebā: vt opinionis tue tortuose sublimitas similit marceret. Dicit em̄ Salomon. Quis miserebit incātatori a serpēte pcusso: z oīb q appropinquāt bestijs. Eccl. xij. z tāgentē cacubi maculat caligo vetusti: z qd cōmunicabit cacub ad ollā: quando em̄ se collisserint ꝓfringunt. Eccl. xiij. Recognosco verius etiā si ꝓtentionis nostre fuero victor sine facto victus: z si victus ꝓtendero victus semꝫ manebo iuxta tuam iuris allegationē: quia potentioribꝫ pares esse nō possumus: z dixit Ouid. ij. de amore. Cede repugnāti cedēdo victor abilis: z recordor eius qō scripsit Eusebi⁹ q quidē Eutalus adolescens ad discendā eloquentiā in causis oratorie postulādo corā ꝓtore vel ꝓside ꝓuenit cū ꝓthagaro sophista maximo: z pecuniā ꝓmisit se datuꝝ dū alicui⁹ cause victor fuerit i iudicio: cūqz ille Eutal⁹ habūdo ꝓfecisset infacūdia silē z i arte: sz causas pagēdas nō accipet ꝓthagaras ex pacto mercedē petiuit z ipso reluctāte demū litē cū discipl'o suo ꝓstat⁹ fuerit: z corā iudice ꝺ discipl'm suū iudicialit locut⁹ ē: z ait Tu reddis mihi qō peto siue ꝺ te ꝓnūciatū siue ꝓ te. nā si ꝺ te merces mihi ex sn'ia debet qz victor. si āt ꝓ te sn'ia fuerit merces

